

qui pejus tibi velis, quam ipsa natura voluit? Illa siquidem de virum esse voluit, tu teipsum ex vestitu mulierem facis. Vide Chrysof. hom. 10. in Mattheum.

\* MODESTIA IN CULTU VESTIUM. LEGES VESTIARIÆ ETHNICORUM.

De legē quadam Romæ latè diximus supra: uti & de aliis alibi latis, & adrogatis.

Imperator Tacitus tanquam imperii capaxior à Senatu electus, togis, & tunicis iisdem est usus, quibus privatus holofericam vestem omnibus viris interdixit. Vopiscus in Tacito.

Cautum & decreto, Octavio Frontone prætura functo, à Q. Galerio Consulari, ne vestis ferica viros scdaret. Corn. Tacit. lib. 2. Annal. quo loci tamen quidam arbitrantur fericum dici, quod Galli dicunt crepse, non fericum pannum. Quod & inuenerit videtur Seneca 7. de Beneficiis. Video, inquit, fericas vestes, si vestes vocandæ sunt, in quibus nihil est, quo defendi aut corpus, aut denique pudor possit, quibus mulier sumptis, parum liquido nudam se non esse jurabit.

Consentit Plinius. Tam longinquo orbe petitur, ut in publico matrona transluceat, 1. 6. c. 17.

Cæsares Theodosius, Arcad. & Honorius, pallia, tunicasque fericas, holofericas vestimenta, auratas, ac fericas peragundas, privatis prohibuerunt. 1. l. p. & in de vestibus holofericis, & auratis, l. 1. capite 18.

Imperator Tacitus auro clavatis vestibus interdicit. Flav. Vopiscus in Tacito. Nam & ipse author Aureliano perhibetur, ut aurum à vestibus, & cameris, & pellibus submoveret.

Edixit Octavianus Cæsar, ne quisquam nisi Senator, qui in Magistratu esset, purpuram gestaret, quam jam vulgo gestare videbat. Dio. Cass. l. 4. 9. b. 17.

Julius Cæsar conchyliatæ vestis, & margaritarum, nisi certis personis, statibus, perque certos dies, usum admittit. Suet. in Jul. Cæs.

Voluit Augustus, purpuram distinguere personam, & dignitatem imperantis, eorumque, qui ejus iussu, & potestate præerant in reliquo populo: ut & alii interdicerent lanam, & sericum muliericè tinctum privatis, & commercium, cum Barbaris, ferici nomine tantum, permiserunt Comiti commerciorum. Gratian. Valent. Theod. CC. in lib. 2. c. 2. quæ res venire possunt lib. 4. c. 11. 40.

CHRISTIANORUM.

ISABELLA, & FERDINANDUS Hispaniæ reges, juvenibus qui litterarum studio operam dabant, usum longarum, & sericatum vestium, promissorumque capillorum ademerunt. Marin. l. 19. rer. Hispan.

Francofurti ad Mennum leges quædam vestiarie per Magistratum prudenter decretæ, ut omnes juxta statum sui conditionem procedant, aliàs certa poena pecuniaria multandi.

Quam providè facerent, & meritorie secundum Deum, Principes, & magistratus: si exactionum suarum araria hujusmodi decretis locupletarent, & non tantopere in alimenta pauperibus debita per vestigialia deservirent. Si enim & utiliter castigaretur luxus, qui hodie circa vestimenta per summam stultitiam, in plerique Belgicæ quamvis afflictissima civitatibus regnat, & crescit in dies: & minuta Reipublice membra non tantopere debilitarent: cum ea sit animorum, opumque superbia, ut propter medicum vestigialia sericis, & sumptuosius vestibus se non temperant.

Veruntamen quia modicum quid terrenæ opes, adjumentique sufficere debet ei, cui multa reposita sunt in regno colorum, iisdem iustum est, ne duas tunicas habeant; non ut simplici tunica contenti sint, si frigoris intemperies non patitur, sed ne metu futurorum aliam induant, aliam referent. Superflui ita que amicitus solitudo reprimatur, non necessarii cura.

In calcatoque sandaliis tantum usus constat, quæ in Hætorum libro alio nomine caligæ appellantur. Quod sanè calcamentum genus non operit pedem, sed sicut expositores dicunt, suffulcit. Igitur ne calcæarum saltem paulo cupidius nobis expectandum duceremus, exemplo ostenderunt, satis esse, si ea pars pedis tecta sit, quæ terram terit, nulla relicta, quæ cœlum spectat: Rectè enim, & religiose incedentem cœlo parere, non terræ decet; Deo, non hominibus.

Quid autem, quod Paulus Apostolus ad Timotheum epist. 1. c. 2. scribens, velle se dicat, ut Mulieres orent in habitu orato. Nunquid in sericis aut purpura eas orare præcipit? Minime quidem, Quippe qui habitum istum continuo temperavit, subjungens: cum verecundia, & sobrietate ornantes se: ut scilicet verecundia luxum declinet, & modum servet sobrietatis. Non in tor-tis crinibus, inquit, auræ, aut margaritis, vel veste pretiosa, sed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona. Et si mulier citrà modestiam ornate se, & componere prohibetur, quæ conjugio excusare possit ornatum, ne incompertis displiceat viro: quanto minus ornari debet Virgo, quæ se totam dedicavit

\* EXEMPLA HUIUS MODERATIONIS. Pate nonnulla ex loco de Moderatione, & Modestia. ETHNICORUM.

AURELIANUS Cæsar vestem holofericam neq; ipse in vestitio suo habuit, neque alteri utendum dedit, nec uxori pallio ferico uti permisit dicens: Abiit, ut auro fila pensentur, libra enim auri tunc ferici fuit. Flav. Vopiscus in Aureliano.

OCTAVIANUS Augustus simplici amictu utebatur; sui que si fecis faceret, graviter ferebat, & licentiores in filia sua Julia reprehendit. Macrobi. l. 2. Saturn. c. 5.

SEVERUM Imperatorem cum quidam villore amictu contentum admirarentur, hoc responso factum suum defendit: Imperatoria majestas virtute constat, non corporis cultu. Brufon. lib. 3. c. 13.

Primorum Senatorum apud Romanos vestis erat vilis, & pellibus confuta, testatur id Propertius.

Curia prætexto quæ nunc nitet alta Senatu, Pellibus bebent rustica corda patres.

Diogenes, cum ab Antisthenē Atheniensis petisset tunicam ad depellendum frigus, iussit Antisthenes, ut duplicaret pallium, & sic enim tunica specie præbiturum. Admonens oportere hominem uno vestitu contentum esse. Laert. l. 6.

MUSONIVS volebat, virum temperantem corpori querere tegmen non sumptuosum, nec exquisitum. Vestem namque, & calcamentis eodem modo utendum esse ajebat, quo panoplia, nempe defendendi corporis causa non ostentationis. Sicut igitur ea optima sunt arma, quæ firmissima, & quæque armatum tueri maximè valent, non insignia, & splendida: Ita amictus quoque, & calcæorum usus, qui fit corpori commodissimus, optimus est; & non is qui stolidorum oculos possit in se convertere. Stob. serm. de virtute.

FIDELIUM, ET CHRISTIANORUM VETERIS TESTAMENTI.

ADAM, & EVAM Deus pelliceis induit vestibus Gen. 3. de quo vide S. Chrysof. hom. 18. in Genesim.

Etiā Regina Esther ab hac modestia in cultu laudatur, de qua S. Hieronymus epist. 8. ad Demetriadem. Estuabat Christi tyroncula [Demetriæ] oderat ornatum suum, & cum Esther loquebatur ad Dominum. Tu nosti, quod oderim insignem capitis mei, hoc est, diadema, quo utebatur quasi regina, & tantum ducum immunditiam, velut pannum mensurata.

S. August. ep. 199. ad Ediciam, de eadem sic habet: Quod si aliqua dura conditione cogereris ad indecentem ornatum, posses habere in superbo cultu cor humile. Nempe apud Patres Esther illa Regina Deum timens, Deum colens, Deo subdita marito regi alienigenæ non eundem fericum colenti Deum, tamen subiecta serviebat: quæ cum extremo periculo, non suo tantum, sed etiam gentis suæ, qui tunc erat populus Dei, Domino profertemur orando, in ipsa oratione sua dixit, ita sibi esse ornatum regium sicut pannum mensuralem, & ita orantem consensum exaudivit, qui cordis conspectu eam verum dicere scivit.

NOVI TESTAMENTI.

JOANNIS BAPTISTÆ indumentum Scriptura describit fuisse de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos. S. Bernardus serm. de illius nativitate. Hic Joannes, inquit, quo nullus major in natis mulierum, innocentissimum illud corpus sic castigat, sic extenuat, sic affligit: vos indui festinatis bysso, & purpura, & splendide epulari?

JOANNIS exemplum imitavit, qui apud Apostolum circuevit in melotis, & pellibus caprinis, egentibus, angustiat, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis, & in cavernis terræ.

Apostoli in Evang. julum legitur, ne solliciti essent, in perquirendis, quibus operirentur, sed considerent in eo, qui illis, id est, momentaneam creaturam suam eximio vestit candore, multo magis vestiturum ipsos, quos ad imaginem suam rationis capaces, æternæque vitæ destinatam condiderit: Quærite, inquit, primum regnum Dei, & justitiam ejus, & hæc omnia adiciantur vobis. Matth. 6.

Veruntamen quia modicum quid terrenæ opes, adjumentique sufficere debet ei, cui multa reposita sunt in regno colorum, iisdem iustum est, ne duas tunicas habeant; non ut simplici tunica contenti sint, si frigoris intemperies non patitur, sed ne metu futurorum aliam induant, aliam referent. Superflui ita que amicitus solitudo reprimatur, non necessarii cura.

In calcatoque sandaliis tantum usus constat, quæ in Hætorum libro alio nomine caligæ appellantur. Quod sanè calcamentum genus non operit pedem, sed sicut expositores dicunt, suffulcit. Igitur ne calcæarum saltem paulo cupidius nobis expectandum duceremus, exemplo ostenderunt, satis esse, si ea pars pedis tecta sit, quæ terram terit, nulla relicta, quæ cœlum spectat: Rectè enim, & religiose incedentem cœlo parere, non terræ decet; Deo, non hominibus.

Quid autem, quod Paulus Apostolus ad Timotheum epist. 1. c. 2. scribens, velle se dicat, ut Mulieres orent in habitu orato. Nunquid in sericis aut purpura eas orare præcipit? Minime quidem, Quippe qui habitum istum continuo temperavit, subjungens: cum verecundia, & sobrietate ornantes se: ut scilicet verecundia luxum declinet, & modum servet sobrietatis. Non in tor-tis crinibus, inquit, auræ, aut margaritis, vel veste pretiosa, sed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona. Et si mulier citrà modestiam ornate se, & componere prohibetur, quæ conjugio excusare possit ornatum, ne incompertis displiceat viro: quanto minus ornari debet Virgo, quæ se totam dedicavit

dedicavit soli illi, de quo dictum est: Justitia cingulum lumborum ejus, & fides cinctorium renu ejus. Et in Psal. Indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se virtute. Qualia ergo Sponsi ornamenta, talia sunt & Sponsæ: justitia, fides, fortitudo, cæteræque virtutes: non aurum, non gemmæ, non sericum, non purpura. Nam & Petrus Apostolus 1. Epist. 3. Sic, inquit, non extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumentum, vestimentorumque cultus, sed qui absconditus est cordis homo incorruptibilitate quieti, & modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples.

Hinc ipsi Apostolorum Principi Petro nihil amplius tegumenti fuisse creditur, præter tunicam, & pallium, nihil aliud calcamenti præter caligas. Illud in Clementis libro relatum dicunt, hoc in Apostolicis Actis legitur, dicente ad eum Angelo: Præcingere, & calcea te caligis tuis. Rideant hanc tenuitatem, qui ignorant, Ecclesiam ab ipso fundatam olim in paupertate gloriantem, postquam cumulari divitiis ceperit, virtutibus decreverit. Nemo divitum nunc agrotos verbo fanat, tunc autem feminidivites etiam mortuos revivificare fecerunt. Clem. in Regog.

BARTHOLO. quoque Apostolum collobo albo, pallio quoque purpureo, & sandaliis usum, memoriæ proditum est, sed hoc miraculo adicitur, quod quinquem, & viginti annos vestimenta ejus non fordes ulum, nec vetustate contraxerit, nec sandalia cybretia sint: Veruntamen hunc etiam communis nuditas piscatoribus parem fecerat, nisi purpureus color regie stirpis insignis fuisset: sed hic ideò referretur, ut indicio foret, quanta ille reliquerit, ut Christum sequeretur. Abdias.

JACOBUS Just. frater Domini ob formæ similitudinem appellatus, & ut Egypcius ait, ab utero matris suæ sanctus, non laneum, sed lineum habuit amictulum: ad hæc, quod ad corpus cultum pertinet, nunquam attonus est, nec oleo unctus, nec balneo usus, sic indutus, sic obitus etiam apud Judæos in tanta veneratione fuit, ut soli permissum sit S. Sanctorum intrare, & Deo laudis sacrificium pro populo offerre. Egef. l. 5. Euf. H. Ec. lib. 2. c. 23.

JOANNEM etiam Apost. sola syndone amictum Jerosolymis aliquando incesse, sic Evangelio constat, quoniam dum à Judæis apprehenderetur, ea relicta nudus effugisse dicitur. Nudum nudum Christum sequamur, ne ab adversariis comprehendamur. V. Beda.

AURELIUS AUGUSTINUS Episc. veste non magis compta, magisve ambitiosa, quam illi, quibus præerat, uti voluit. Si quis exultentem sibi dno offerret, acceptam venum jubebar dari, ut pecuniam inde exactam cum aliis communicaret, quandoquidem vestis ipsa communis esse non possit. Itaque Clericis suis dignitate præstitit, habitu, atque vestitu par fuit. Sermon de vita Clericorum.

BERNARDUM Abb. veste quidem fati vitæ, sed minime squaleti usum memoriæ proditum est: ac etiam dicere solitum tunicam fordibus obsoletæ testem desidia, atque foecidia esse: Et ejus immunditiam interdum ad hypocrisis spectare, quam inanem gloriam, dum videatur contemni, quæritur. Cum ergo etiam cilicio sub veste latenti carnem attereret, ubi id rescitum est, & ipsum deposuit. Nec unquam deinde asperius indumentum, quam cæteri fratres ferre voluit: nisi forte illis præstare sanctitate videretur, quorum se ipse minimum reputaret. In vita Bernardi.

STEPHANO Abbati Grandimontensis Ordinis auctori, qui in Moreto Aquitanicæ monæ vitam solitariam duxit, tametsi rudis, modicæque amictus fuerit, hoc tamen admirationem auget, quod sub eodem & æstivos calores, & brumæ frigus pertulisset, nunquam quicquam panni sibi vel addens, vel demens. Utramque protecto diversorum temporum molestiam levare posset sollicita, nisi utramque tolerare mallet in Deum charitas.

APOL. apud Thebaidam in finibus Hermopolis, collobo stipiteo, quod Lebehen vocabant, operiebatur, neque tamen ullum caputium habuit, sed lineo collo collum, caputque obvolvabat. Et hoc magis mirandum, quod cum quadraginta annos in deserto manens peregerit, ejus tegmina neque usu consumpta, neque vetustate labefacta fuerant: ut inde facile appareat, quanti apud Deum fit humilis habitus, & absque ulla simulatione contemptus. In vita PP.

PAULUS I. Erem. cum nihil haberet, nisi quod inculta solitudo suppeditare poterat, tunica de palmæ foliis contexta nuditate texit. Ea quoque ille veste in necessitate usus est, hanc ipsam Antonium cum defunctum tepelisset, habuit in deliciis, non nisi felix solennibus eam induens, quæ etiam D. Hieronymus plurimifaciens: Si mihi, inquit, Dominus optionem daret, L. B. Theatr. vita Hum. Tom. VII.

multo magis eligerem tunicam Pauli cum meritis ejus, quam regum purpuram cum regnis suis. Hier. de vita Pauli.

Palmes quidem tegminibus & illi quatuor in vastissima Ægypti eremo à Pafnutio inventi, Joan. Andreas, Thaddæus, & Philippus, amici erant. Hunc tamen tam sylvestrem vestitum haud multo tempore post cum veste immortalitatis commutavit. Tantò nunc felicitis cœlesti lumine illustratur, quanto antea perusta folis arboribus cute contemptus squalebant. In vita PP.

SERAP. Ab. primitus quidem sola tunica, simplici pallio contentum, deinde his etiam carere pietas compulsi, quippe se ipsum despolians pauperes contexit. In vita PP.

TIMOTHEO quoque in Ægypti solitudine degenti, ea dumtaxat corporis pars non fuisse nuda perhibetur, quam barba, contaque nunquã tonsæ contexerat. Et hunc Pafnutius inter bestias incedentem cum vidisset, sylvestre magis quam humanum animal ratur, expavit: mox cum loquentem attendisset, agnovit Dei servum, simulque didicit, satis indutum esse, qui cum Christo nudus esset. In vita PP.

ONOPHR. iisdem nudus in ulteriori deserto ab eodem Pafnutio repertus, verenda tantummodo foliis arborum operatur. Consumptis n. vestibus, quæ secum attulerat, alia deinde quam que natura dabat, non quasivie. Cùmque vita functus esset, sanctam animulam ejus visibili specie à Angelis in cœlum ferri visam tradunt. Et quisquam nostrum paululum vili detritos ferre dedignabitur pannos, cum nudi etiam ab Angelis honorentur? In vita PP.

HILAR. Abb. accepimus, nihil aliud, quo corpus sum opulenter habuisse, præter saccum, ac pellicem expendim, utrumque sagum. Capillum semel in anno Paschæ die totidisse, nunquam lavisse, quod supervacuum esse diceret, munditias in cilicio querere, neque tunicam alteram sumplisse, nisi cum prior penitus discissa esset. Hier.

D. quoque Hieron. facca tunica erat. Hanc Euseb. discipulus eo defuncto accepit, honoricque habuit, ractu ejus valeudinario curans, & ad vitam mortuos revocans. Cujus, quæso, regnum auro, gemmisque refulgens, aut cocco purpuræque rubens vestimentum, tante unquam virtutis fuit, quantæ Sanditi hujus faccus iste cilicinus? Aug. Epist. 206. c. 2.

Neque te, Pater Franciscæ, hoc loco præteribo, cujus tegendo corpori tunica una, & ea sanè crassi admodum filii, impolitæque texturæ satis fuit, quam pro singulo præcinerat sumis nodo astrictus, ubi committebatur, non fibula: caput, & cervix cuculla velabantur, pedes prorsus nudi erant, nisi forte lignis foculis veluti sandaliis, ne terram contingerent, suffuliti. Quem morem nunc à professoribus Institutionis tuæ servari videmus. Multis tunc habitus iste ludibrio erat, nunc per orbem celebratur. Sed quam tu sapienter cuidam nuditatem hanc tuam hyemis tempore calumniasti, ac petenti, ut guttulam sibi sudoris venderes; eam te Christo, non hominibus, vendere respondisti? O felix ille sic irrita nuditatis sudor, quem tu soli Christo dedicans, mercatus es regna cœlorum! Bonav. in vita ejus.

BENEDICTUS XI. Pont. humili genere natus cum esset, & ad summam dignitatē evehctus, non erubuit suæ paupertatis primordia. Mater ejus, dum is inter Monachos ageret, fratrum vestimenta abluit: jam Pont. creatus illam ad se venire iussit. Ubi venit, matronæ illam ut Pontificis matrem summis honoribus extulerunt, vestibus exornantes pro magnificentia summi principatus in filio. Productam in conspectu Pontificis Pontifex agnoscere dissimulavit. Ego, inquit, matrem in illo ornamento non agnosco, Non eam talem reliqui, averfusque fecit. Hunc, qui honoris illam gratia deduxerat, erubescere. Exnentes autem, pannos exuvias mulieri reddidere, & ita rediderunt. Tum amplexatus genitricem & in illo, inquit, vestium apparatu matrem reliqui, sic recipio. Meum nunc fuerit genitricem cohonestare. A. Crat. l. 8. Me.

RUDOL. Aust. vidum Ottocari Boem. Regē ad se se vocavit, sitem ab eo (homagium dicimus) accepturus. Ille venit cum magno, & splendore comitatu: viri, & equi, auro, gemmis, serico nitabant. Didum Rudol. adventare, & sedulo à quibusdam adductum; pararet se veste, & cultu ornatore, & Imp. talem regē admisturus. Rudol. ridens: Immo R. Boem. inquit, grificam meam vestem (verba fuerunt) sæpe derisit, nunc ipsum vestis mea grifica deridebit. At vos equos, & arma expedit, & accincti, instructique, ut ad pugnam staret. Dux armorum, non vestium advenis istis ostendite, hoc me, vobisque dignum est. Dixit Rudolfus, neque aliter fecit. Ottoc. illi vili cultu se, & aurum suum submisit, & ad genua accessit, non sine ludibrio etiam: cum Imp. iussisset tentorium, in quo res gerebatur, H h h 3 subitò

subito pandi, & revelari, ut ab omnibus geniculans Oroc. A conspicui possit. *Psalm. lxxvii.*  
**CAROLUS V.** Imp. ut sanguinem ab eo, sic hanc virtutem traxit. In omni vita modestus, vel potius tenuis in cultu fuit. Quod notat Itali, & mirat, aut calumniati sunt in primo ejus, & solenni ingressu Mediolanum Insurbum urbem. Cives novo domino omnia instruxerant, plateas auleis, tabulis, frondibus i sese quisque vestibus exornaverant, umbella aurea parata, quae ingredientem tegetet. Cum ille, & Imp. & non semel Rex, ac Princeps, in lancea atra penula, & vili pileo sub eam se dedit. Videbant eum, & requirebant: matronae praefertim, & viro- rum viatores, qui trabes, & illas auro vestes, & fulgentes in capite, & collo gemmas expectabant. *Idem ibid.*

**LUDOVICUS XI.** Gallorum rex Caroli septimi filius, gloria regnoque, atque imprimis liberalitate, quantus ullus superio- rum Regum, ingens, multis victoriis clarus, cum alii reges au- ro, sericoque amicerentur, lana, aut bombyce induebatur, a- sinuque pro equo nunquam in usum adhibebat, & quo pretiosiore veste ut viserent, alii curaverunt, ipse ut vilio- re amictus conspiceretur, operam dabat, fortasse ob eam causam, ut cum inter Christianos reges omnium maximus li- beralissimisque haberetur, qui viderent eum, habitus hu- militatem mirarentur. *Fulgos. lib. 2. c. 6.*

**ALPHONSUS** Aragonum Rex, cum motibus, & auctoritate potius, quam purpura & diademate suis regem se ostendere niteretur, vestitu cultuque corporis tam moderatè usum legi- mus, ut hac in re parum à popularibus suis discrepasse saepe- numero visus sit. *Anton. Panorm. l. 1. de reb. ges. Alphonsi.*

De utroque Macario Alexandrino, & Aegypto, ita scribit *Palladius in Lausiac. c. 20.* Cum ambo essent Nilum transfuersi, accidit ut ipsi maximum pontonem ingrederentur: in quem ingressi sunt tribuni cum magno fastu, & apparatu, ut qui in- tus habent rheadam totam anciam, & equos frenis auris, & quosdam eosdem stipantes milites satellites, & pueros torqui- bus, & auris zonis ornatos. Postquam ergo tribuni viderunt ipsos veteribus pannis indutos, & sedentes in angulo, humilem illum, & tenuem vivendi rationem beatam judicabant. Unus autem ex tribunis dixit ad ipsos: Beati estis vos, qui mundum illuditis. Respondens autem Macarius, qui erat urbanus, dixit eis: Nos quidem mundum illudimus, vos autem illudistis mundus. Scias autem te non tua sponte hoc dixisse, sed propheti- ce: ambo enim vocamur Macarii, hoc est beati. Is autem ser- mone ejus compunctus, cum domum venisset, vestes exuens, delegit vitam agere solitariam, multas faciens elemosynas.

**C.** Pausula nunc foeminarum exempla proferam, quibus ipsa vestium vilitas pro ornatu fuit. Elizabeth Pannonum regis filia, & Christi ancilla, quam poterat abjectiore amictu se velabat. Scissuras alterius interdum coloris panno affuto, quo vilior appareret, referebat. Itaque una de grege mendicantium videbatur, contentisque gaudebat, ut humilitatem confertaret. Maluit ergo sic pannosa, sicque despecta in xenodochio pauperum morbo affectis ministrare, quam in regis patris aula, cum amicto marito ab eo in Pannoniam accer- sifetur, sericis, auroque renitere, acque omnibus in veneratione esse. Christo enim placere volebat, non mundo. *Courad. Constan. Elizabeth.*

TORAM DEO dicatam Virginem in Monasterio Thebaidis memorant, nunquam nova tunica, aut novo meliore, aut novis calcis usam; semper aliis fororibus recentia cessisse, & ab his- dem sibi sumptis vestitionis, tritoraque; ut quomodo ceteras forma praestabat (erat enim omnium pulcherrima) tanto incon- cinniore, magisque inepto habitu se devertisset. Neque enim ignorabat, animi non corporis, decore Sponsam Christi excellere debere, ut caelesti thalamo digna sit. *In vitis PP.*

**MARIA** Aegyptiaca turpi aliquando voluptatis quaestui de- dita, omni ornamentorum genere sese decorabat, nec à pigmè- tis, fucoque abstinent, ut placeret viris. At postquam conversa Christo servire cepit, tanta illi vestitus nullus cura fuit, ut eo confumpto, quem secom ad eremum tulerat, nuda in soli- tudine viveret. Et quia sine tecto debebat, aestus, pluviasque corpore nulla in parte velato excipiens, nigris quendam curis situmque contraxerat, sed jam non paucis miraculis cla- rebat. Vide ergo, quantum intersit inter ornatum illum, & nuditatem istam. Ille impudicitiae fomes fuerat, iste meriti probo miranda sanctitatis. *In vitis PP.*

Cum Elizabeth Regis Hungariae & Lanegravii Thuringie uxor, die quodam solenni pretiosis ornata vestibus, aureamque capite gestans coronam, ac familia frequentè stipata, de more Christiano rem divinam audiret, primo statim contuitu crux Dominica, atque ex ea pendens imago Salvatoris, eam

penitissimè compunct, compuncta lacrymas excussit, & la- crymanti hujusmodi cogitationes ingessit: En creator, & red- demptor meus nudo corpore, mea causa, ignominiosam in cruce oppetit mortem: ego verò misera, gemmis auro, bysso, & purpura contexta, vitam caelestibus indignam beneficis per- do magis, quam ago. Illud caput intra Pilati aedes spinea corona depunxit. Judiciorum vallarum opprobria: me nume- rosa circumdata familia, aurea corona redimitam, cuncti mirantur, suspiciunt, honorant. Me miseram, me infelicem! sic illius obedi praeceptis, beneficia revolveo, vestigia sequor, qui me, cum non essem, creavit, perditamque suo sanguine re- demit? Tam intente autem haec cogitationes fuerunt, ut desti- tuto viribus corpufculo, ac facie tota in pallorem versa reponit regia mulier humi velut exanimis prolaberetur, omnibus, qui eam stipabant, vehementi pavore percussis; clamantque foras tantisper facris undis aspergere perierantibus, dum, stupore cessante, compos mentis redderetur. *In ejus vita apud S. urium tom. 6. c. 7. Nou. 19.*

Laudat *Gov. à Lapide Comment in Isaïam*, Priscam in vesti- tu simplicitatem, & modestiam, quae in Germania cluere. Vidi, inquit, Norimbergae matronas nobiles, & praevitices, pallio simplici obteatas, & ocreis indutas quasi viragines, & macu- las pifcorum Ducum uxores referre, vidi Hercipoli matronas etiam nobilissimas pallia, sive heucas gestare, non sericas, aut la- neas, sed lineas. Omnes enim gestant pro heuca hotta, qua- les gestant Carbonariae Leodiensis; pro conditione persona magis, vel minus pulchram. Hottas hac tempore ingressurae deponunt, & egredientes recipiunt. *Hac Cornelius in cop. 3. Isaïa, versu 26.*

VESTES SACRAE.

*Potantur ex loco de Pontifice veteris Testamenti.*  
*Item ex loco de Sacerdotibus, & Sacrificio.*  
 Scripsit de istis breviter Onuphrius Panvinus, quamvis non de omnibus, quae hoc tempore in usu sunt.

VESTITUS LOCORUM PROPTER CORPORA. HUC PERTINENT TEGUMENTA PARIETUM. AULAEA.

**PYRRHUM** Epitot, regem auleis usum exca, quam in C. Fa- bricio. *Plur.* recent, historia notum esse potest. Rex enim ex- plorandae Fabricii fortitudinis ergo, post aulae occultatum ele- phantum in mea oratione ex improvido baritrum edere fecit. At Fabricius nihil coterritus, id solum fiduciosè dixit; Neque aurum tuum me heri d rex, nec hodie elaphas tuus per- terreficet.

**LUDOVICUS XI.** Gallorum rex Ludovici Lucemburgie equi- tum magistri legatum Ludovicum Crevillanum aediens, post aulae Caroli Burgundi ducis legatos abscondi fecit, qui om- nia ea, quae à Crevillano recitarentur, audirent, eaque duci fimo (cum quo rex in caput Lucemburgii foedus ierat) renunciare possent. *Amis. 10.*

PAVIMENTORUM.

Apud Septentrionales pelles urforum, praesentim alborum, scabellis factorum altarium, ne frigus sacerdotibus noceat, sub sternuntur. *Olaus. l. 4. c. 15.*

\* Vexillum.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

**VEXILLUM** *omnis*, signum est militare, quo una cohors, aut turma ab alia seccitur, & plerumque pedicibus com- pedit, qui sub vexillis, aut vexillo constituti dicuntur, continet. Hodie plerumque c. aut c. l. Dicitur voluit vexillum, quasi velum, quod instar veli expanditur.

USUS ILLIUS ANTIQUS APUD JUDEOS.

Ex quo per turmas coitiones factae sunt, etiam vexillorum usus cepisse, omnino probabile est. Certè Moyses praecepit filios Israel castrametari per gyrum tabernaculi foederis, sic ut mille passus in eadem debuerint juxta Hebraeos *in c. 2. Nu.* per turmas, signa, atque vexilla. Quae quidem castrorum, & vexillorum distributio, ac dispositio, hoc modo facta describitur à *Cornelio à Lapide* in eundem locum. Circa atrium, inquit, erat primum quadratum, seu castra quadrata Levitarum, ni- mirum Moyses, & Aaron erant ad orientem, & ad ingressum atrii; Gersonites erant ad occidentem; Merarites ad aquilonem; Caatites ad meridiem, post hos erat secundum quadratum, seu castra

castra quadrata aliorum Israelitarum puta 12. tribuum, quae di- stributa erant circa atrium, & castra Levitarum, ut ad quod- que latus quadrati, sive ad quilibet mundi plagam, dispositae essent tres tribus, ac consequenter 12. tribus ita collocatae scie- bant quatuor terminos, sive acies, atque in quolibet termino, si- ve acie, prima erant archiduces, qui ceteris praebat, eraque quasi Archiducalis, ut scilicet hac ratione quatuor tri- bus insigniores, quasi archiduces, muniret quatuor cornua, & latera exercitus, à quibus ceterae tribus, & castra omnia de- nominabantur; ut vexillum Ruben, v. g. indicabat, & denomi- nabat omnia castra ad meridiem sita. Ruben enim senior erat Simone, & Gad asseclis suis ad meridiem, & ita de ceteris. Itaque ad orientem expansum erat vexillum primae aciei, puta archiducis Juda, sub quo ordine suo ad idem latus conseque- batur, primo Issachar, deinde Zabulon. Ad austrum erat vexillum Ruben sub quo pone erat Simco, deinde Gad. Ad oc- cidentem erat vexillum Ephraim, sub quo pone erat Manasse, deinde Benjamin. Ad Septentrionem denique erat vexillum Dan, sub quo pone erat Aser, deinde Nephthali. Aegyptios au- tem, & gentiles alios, qui Hebraeos ex Aegypto secuti fuerant, versimile est his fuisse immixtos, unde simul cum eis murmu- rat, & murmur concitare solebant.

**B.** Inter omnes archiducalis, & prima tribus ad orientem sita erat Juda. Primò, quia haec tribus erat numerosior, & fortior, ideoque regnum illi à Jacob assignatum est. *Gen. 49. 10.* ut scilicet tribus hac regia, & fortissima vtrum regem facilius tueri possit. Secundò, quia ex hac tribu nascitur erat Christus, ita *Theodor. g. 3. in Num. c. 2.*

Tribus vero Dan fuit ad Aquilonem, quia ab Aquilone pan- detur omne malum: ex Dan autem nascitur pessimus Antichri- stus. *Rupertus, & Radulphus in 24. Levitic.*

Hic quadratus tribuum situs, & ordo tantum erat, cum ca- stra figebant: nam cum ea movebant, alius erat ordo: non enim agmine quadrato, sed longo, & extenso singulae tribus alia post alias seorsim incedebant.

QUALIA INSIGNIA PRÆTULERINT.

Tradunt Hebraei, & Rabbinii scribentes in capite 2. *Num.* vexilla haec habuisse effigies quatuor animalium, scilicet leonis, hominis, bovis, & aquilae.

Hebraeos sequitur *Andreas Massius in c. 6. Jo. 7. v. 9.* ubi sic ait: Tradunt Hebraei, primum vexillum principiaris tribus Juda cum suis habuisse effigiem leonis pro insigni, secundum vexillum Rubenitarum habuisse hominis effigiem cum mandrago- nis, quas ad matrem atulerat Ruben. *Gen. 30. 14.*

Tertium vexillum Ephraim habuisse imaginem bovis. Quartum Danitarum habuisse effigiem aquilae.

Quae sane apto typo significabant proprietatem nostrum, scilicet Christum, arcamque ejus scilicet Ecclesiam, quae inter haec quatuor vexilla sita erat, per quatuor Evangelistarum si- gna ad omnes mundi plagas diffusenda esse.

Ideò docent *Vitalpando de templo, tom. 2. p. 2. l. 5. disp. 2. c. 2.* & *Hieron. Præd. inc. 1. Exech. pag. 44.* qui ex Hebraeis ita hac describit: Singuli duces tribuum propria gestabant insignia, parentum scilicet stemmata in vexillis depicta. Ad orientem ergo supra pavilionem Naalon primo generis Juda tollerebat vexillum viridis coloris, quem sibi colorem assumpsit; quoniam in viridi lapillo, smaragdo scilicet, parentis Juda no- men erat exaratum. In Rationali Pontificis, hoc est, in bul- la ejus pectorali, in qua viseretur jus civilitatis, & nobilitatis D Israelitarum, puta singularum 12. tribuum, in quo vexillo depictus erat leo, stemmata, & hieroglyphicum parentis Jude, nam hunc leoni comparaverat Jacobi dicens: Catulus leonis Juda. Ad meridiem supra tentorium Elisam filii Ruben emine- bat vexillum rubrum, referens colorem sardii, in quo erat no- men patris, puta Ruben, scriptum in Rationali: Symbolum autem in hoc vexillo depictum viseretur humanum caput, eo quod Ruben esset primogenitus, & familiae caput. Ad occi- dentem surgebat in altum supra tentorium Elisama filii Ephraim vexillum aureum, in quo exaratum viseretur caput vituli; eo quod avus ejus Joseph per visionem vitulorum, sive bouum praedixisset, & providisset fami Aegypti: unde & Aegyptii eum specie bovis coluerunt, vocaruntque Apim, vel Sere- pim, ut dicit *Gen. 41.* Unde & Moyses postea *Deut. 33. 17.* ben- edicens tribum Joseph, puta Ephraim, ait: Primogeniti tau- ri pulchritudo ejus. Aureus vero splendor vexilli Ephraim amulabatur fulgotem chrysolithi, in quo scriptum erat nomen Ephraim in Rationali. Ad Aquilonem plagam fluctuabat su- pra tentorium Ahezzer filii Dan variegatum signum ex albo, &

L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI. 11.

rubro colore ad instar jaspidis: Ita *Præd. sed* verius est, Dan in Rationali fuisse inscriptum carbunculo, adde jaspides ferè esse virides, non albos, & rubros, in quo calatum erat nomen Dan in Rationali: hujus stemma fuit aquila serpentibus inimica, ab archiduce vice serpentis electa: quoniam avus Jacob parentem Dan contulerat colubro, dicens: Fiat Dan coluber in via, cerastes in femita; cujus loco Ahezzer possuit aquilam, quae unguibus arreptum gessaret colubrum, vel draconem, quod Lacedaemoniorum quoque fuit stemma, quo etiam ipsi obsignarunt litteras ad Judos consanguineos suos transmissas, teste *Jesepbo l. 12. Antiq. c. 5.*

Sic apud *Plut.* legimus, aquilam C. Mario reditum cum sum- ma gloria, & triumpho portendisse, cum eum unguibus arreptum dilacerasset, & in aquas abjecisset, atque inde occa- sum versus volasset.

*Sic Aquila clarum firmavit Juppiter omen, Parisus innotuit cali pater ipse fuisse.*

Gestant ergo haec tribus gentilitia familiae, & parentum suorum stemmata pro insigni, & vexillo: unde in Hebraeo haec vexilla vocantur signa patrum suorum.

QUID MYSTICE SIGNIFICARINT.

Respondet ex *Philone Vitalpandi* symbolice in hisce castris Dei totum mundum representari, atque 12. tribuum insignia significare 12. signa Zodiaci. Judas enim leonis habet speciem, Ruben aquarii, Ephraim tauri, Dan scorpii ab aquila appre- hensis, vide cetera in idea, & imagine ab eo expressa, ubi & per quatuor plagas, & per quatuor acies, tam Levitarum quam castrorum, quatuor elementa significari docet, scilicet per Moysen, & Aaron, qui erant ad orientem, inquit: per Gersonitas, qui erant ad occidentem, terram; per Caatitas, qui erant ad meridiem, aeternum; per Meraritas, qui erant ad septentrionem, aquam.

APUD ROMANOS.

Romanorum insignia, & vexilla antiqua erant aquilae, ut ait *Dio Cassius l. 40. Rom. hist.* vexillum aureae aquilae, inhaerentis hasta, quae in terra figeretur, fuisse legionum Romanorum: camque cum hyemarent in sacello quasi in theca reponi solitam aquilam legionibus Romanis fertur Marius in secundo suo consu- lulari dicasse.

Et fuit signum tanquam Princeps totius legionis, & quavis Romani habuerint quatuor alia signa praecipua in militia; G lupos, minotauros, equos, apros, quae singulos ordines ante- bant, item dracones, unde draconarii: tamen postea repulsis ceteris retinuerunt aquilam.

*Jul. C. es. Bulla de Imp. Roman. d. c. 12.* notat, quod in signis, & vexillis militaribus imagines Imperatorum affixae fuerint.

Signa exercitus, lecti, aquila, vultus sacri, coronamenta om- nia aurea extensa in hastis argentatis. *Aerianus in Epistola.*

Munera Syriacis legionibus dedit, quod solae nullam Seimi imaginem inter signa coluissent. Vultus illi erant clypeo infra crucem hastae annexi. *Sust. in Tiber. c. 48.*

*Tertullianus:* Omnes illi imaginum gurgestus in signis mon- nia crucium sunt.

*Et Pinius lib. 23.* Color argenti clarior est, magisque dici si- milis, & ideo militarium signis familiaris, quoniam is lon- gius fulget.

*Vegetius l. 2. c. 6.* Prima cohors imagines Imperatorum, id H est, divina & praesentia signa venerat.

APUD ALIAS NATIONES.

*Joannes Revivus Textor in Officina,* refert quarundam re- gionum, & populorum insignia, quae vexillis suis inferebant. Scytharum fulmen, Suev Phrygum, Thraciae Martem, Arcus, & Pharetras Persarum, Anglorum leones, & rosas.

Legi in quibusdam monumentis Mediomatricum, seu Me- tensium, quo tempore Caesar arma in Gallos movit, obfessam fuisse ejus jussu Mediomatricum civitatem, qua nunc Metis dicitur, ab expugnatore Metio duce exercitus Caesaris, postea eam subvertam restituit, ut ferunt, obfessioque Mediomatri- ces per Metium, deditionis fuisse admonitos, & ut admitterent Caesaris insignia, quod ni facerent, intra certum tempus mina- tum excidium. Illos autem respondente, nulla alia insignia Im- peratoris velle se admittere, auris quam albi, & nigri pro vir- tute, & mortis symbolo. Et proinde habere hodie in insignibus tantum partitos hos colores album, & nigrum. *Per. Greg. Tola- san. lib. de Republ. c. 17.*

Crux alba pro insignibus etiam in vexillo collocatis in rubro campo data ab Arcadio Imperatore...

Eximium autem illud munus, cum Imperator valde hoc crucis signum revereretur...

Apud Europaeos familiare est, ut a Catholicis in vexillis depingatur signum S. crucis...

Ex nuper infans quidam, ita vere ab omnibus amatus, Halberstadiensis Princeps...

Vide nonnulla in loco de Signo, et Spoliis. Vexilla amittere. Quere locum de Signis...

Defendere. Ex loco de Fortitudine, Tit. Signa, vexilla fortiter defendere.

VIA

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA. VIA dicitur Graece, unde dicitur viator...

Viam quandam ex Italia in Galliam usque Celtiberorum, Iberorumque reperiri ajunt...

VIA OPPORTUNE, COMMODE.

Viam quandam ex Italia in Galliam usque Celtiberorum, Iberorumque reperiri ajunt...

Publicae, Montis, Stratae, Purgatae. Peni primi lapidibus vias straverunt teste...

ORNATE. In adventu Imperatorum olim viae omnes signis, floribus, torreumque coronis, vittisque ornabantur...

Qui etiam mox obtinet apud Christianos, Principes suos dum primum inaugurantur...

Exempla recentia in Belgio, Italia, & Hispania, ob adventum & in augurationem Regis Catholici...

NOMINA.

Via praefertim si publica sint, & tales, quas Regias, & militares, per quas exercitus traducitur...

Alioquin vel a locis adiacentibus, vel ab ipsarum qualitate aliqua, utpote si strata lapidibus...

Non raro etiam ab ipso viarum auctore, vel inventore appellantur. Ita apud veteres frequenter occurrit via Flammia...

CURATORES VIARUM.

Curator viarum dicitur, qui viarum, maxime publicarum, per quas commercia ulro, citroque aguntur...

Primus igitur Quatuor viarum ad hoc munus instituit, sed hi vias urbis curabant...

Plinius lib. 5. Epist. meminit Cornuti Tertullii, quod Emiliae G. viae curam suscepisset...

Et spatia obliqua mandata renovare Latina. Plut. Caesarem in viis, Curatorem viae Appiae vocat...

MODUS STERNENDI VETERUM.

In oppidis viae sternebantur silicibus: extra illa vero glareae substernebantur...

Namque opibus congesta suis hic glareae durae sternitur, hic apta jungitur arte flexuosa...

Sed habet ad pleniorum hujus rei intellectum versus Paulini subiecto ex 4. de vita S. Martini...

Carpebat progressus iter, quod publicis aggeribus Porrigit erectam per plana iacientia molem...

Viaticum.

Viaticum ut est cibis, vel pecunia, quam in itinere nobiscum ad vitam necessariam circumferimus...

spirituales quae in gravi mortis periculo, vel articulo infirmis ab Ecclesia exhibetur...

VIATORES.

VIATORES interpretatur Julianus in titulo de Actionibus 1.4. Insistit, excutores litium...

VICARIUS.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA. VICARIUS dicitur, quia alterius vice agit...

VICARIUS dicitur, quia alterius vice agit, vel locum ipsius tenet. Olim de illis dicebatur, qui Praefectorum munus obibat...

Porro, qui vicarii, quibus Provincias attribuit, & quot, vide apud Jul. Cas. Bultinger lib. 4. de Imp. Rom. c. 33.

VICINIA, VICINI.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

VICINI dicuntur, qui eundem proximum vicium incolunt: ac proprie, qui circa domum nostram habitant...

Unde talis incolens vicinia appellatur, vocantur Graeco, & Hebraice autem Karabab a verbo Karab, appropinquavit...

Notitiam, primoque gradus vicinia fecit. Item Horat. 1. Epist. 17. Sed videt hunc omnis domus, in vicinia tota.

VICINIAE COMMODA.

Horat. in gnoma est, Bonus sanè vicinus amabilis hospes. Si enim magnus hujus vite solatium aestimetur...

Bene Seneca Epist. 35. Non magis utilitatis esse pronuntiavit agrum redditibus amplis, quam vicinum aequalem cum moribus bonis...

DEUS olim instruens Deum. 19. populum Hebraeorum, injunxit, ut si quando ad terram promissam ingrederentur...

Bonus vicinus erat Tobias, de quo legitur, quod iusserit instrui convivium, & parari epulas vicinis suis...

THEMISTOCLES cum praedijum quoddam vendere vellet, hoc quoque praeconeum addere iussit, Quod vicinos etiam haberet bonos...

Scire dicit Hesiodus, tantum damni a malo vicino esse, quantum ex bono commodi. Et non peribit, ait, bos, nisi ad fuerit malus vicinus...

Apud Scythas maximam viciniam, convictusque religionem olim habitam, testatur Pontanus lib. de conviventiis...

Est certe vicinus tanquam testis actionum nostrarum: unde & ab illo vitae cuiusque norma exigitur...

Scribit de Julio Druso Plut., quod aedes eius pluribus ex partibus vicinorum prospectui patebant...

Ut namque proximus ignis agere defenditur a testis, & tunc demum, ut olim poeta...

MALE INCOMMODA.

Vetus proverbium est, quod recentet Plautus. Aliquid mali esse propter vicinum malum...

Et grex totus vicina scabie cadit, & vicina uva livorem uva accipit: ita vicinam improbitatem difficulter repellis...

Quod ut adumbrarent poete, hoc emblema adhibuerunt. Fixere duas ollas, quarum haec terrea, illa aenea erat...

De Carthagenensibus, & Byzontinis finitimus populus legimus, quod murus fe cladibus confecerunt...

Nec peccasset adulterio David cum Bertheba, nisi vicinia eam illi prodidisset. Nec peccasset adulterio David cum Bertheba...

VICTIMA.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

VICTIMA, Graeco dicitur, Hebr. Zebach, a verbo Zabach, sacrificavit, jugulavit, mactavit ad sacrificandum...

Bona de variis victimarum generibus invenitur in loco de Sacrificio. Item ex loco Ethnicorum, & Judaeorum...

VICTIMA.

Victima, qua dextra cecidit, videlicet vocatur, Hostibus a donis hostia nomen habet...

\* Victores.

QUI DICANTUR?

VICTORES sunt, qui hostem in bello superant: transferunt autem etiam ad alios. Ubi scilicet, aut verbis, aut lite contenditur. Quin & in usu latruncolorum victores reputantur, uti & in alii, qui alterum ludendo superant, statumque primum reportant.

HUNC TITULUM QUI AMEVERINT? Hunc titulum admodum optavit Alexander, qui aliquando consulurus Delphicum oraculum, cum à Pythio sub primum accessum, in victus esset appellatus, nihil ultra sciscitatus, statim ad exercitum rediit.

Certe Julio Casari, qui in triumpho Pontico tantopere gloriosus erat hoc titulo, Veni, Vidi, Vici, Romani summi honoris loco statum in templo Quirini dedicavit, inscribentes, Deo invido.

Inter cognomina; & titulos Justiniani Imperatoris, posita initio suarum Institutionum tanquam qui proprii sint Imperatorum, etiam ponitur Victor. Ut videtur in Praefat. B. eavand.

Etiam Augustum hoc titulo gloriam colligi potest, quod eorum magno pretio estimaverit, qui cum Roman ingrediendum salutavit his vocibus. Ave, Casar, Imperator.

Et videre est in antiquis monumentis, nummis, statuis, ad nomina Imperatorum victoris quoque titulum additi, tanquam qui maximi honoris esset, & ad posterum transmittendus.

Victores felices. Quare Felicitas. Tit. Felicitatis possessio. Propter victorias. Qui rursus infelices. Vide Casus. Ubi Tit. Victores rursus infelices.

Infelices ab hoste. Quare locum de Infelicitate.

\* VICTORUM GRATITUDO ERGA DEUM.

Neque in donariis, & anathematibus Deo, vel Diis, tanquam victoris largitoribus, oblati, & ultro dedicatis. Vide quaedam infra, Victoria à Deo.

Post memorabilem illam victoriam, quam de Madianitis retulerunt Hebraei, dux Moyses, qui hoc velut triumpho decoratus, ad populum suum collectus fuit, ut loquitur Scriptura. Num. 31. Regimus, quod singuli omne aurum, quod rapuerant, Deo obtulerunt, eo quod ne unum quidem suorum desiderarent; cum ex adverso universus exercitus Madianitarum una cum Regibus, ac Principibus illorum interfectus esset.

Unde inducit Scriptura Principes, & Tribunos, ac Centuriones Hebraeorum ad Moysen ita loquentes: Nos servi tui recensuimus numerum pugnantium, quos sub manu nostra habuimus; & ne unus quidem defuit. Ob hanc causam offerimus in donariis Domini, finguli, quod in praeda auri potuimus invenire, perisphides, & armillas, annulos, & dextralia, ac mutrenillas, ut depreceris pro nobis Dominum, & eraque haec altera causa hujus gratitudinis; primaria tamen erat, quod victoriam ita incruentam habuissent. Sequitur autem: Susceperuntque Moyses, & Eleazar sacerdos omne aurum in diversis speciebus, id est, in diversis vasorum speciebus conflatum, pondos sexdecim millia septingentos quinquaginta siclos, hoc est universum auri libras 697. & 22. sicla, ut interpretantur Hebraei. Et susceptum inculcavit in tabernaculum coram Domino: puta coram D. arca, cherubin, & propitiatorio.

Ita David gladium Goliath, quo caput illi praeciderat, Deo dedicavit, eumque in tabernaculo suspendit. 1. Reg. 21.

EXEMPLA ETHNICORUM.

Neque id fidelibus tantum, sed & infidelibus solemnè fuit, victoriam Diis suis acceptam referre, ideoque manubias hostium, armaque cum eis erepta, tum propria, quibus vicerant, eidem dedicantur.

ARISTOMENES in ea pugna, quam contra Lacones feliciter gessit, partaque victoria cum Delphos venisset, scutum, quod in praelio amiserat, ibidem reperit, ac rursus in eodem templo dedicavit. Hoc scutum vidisse se scribit Pausanias in Meseniciis.

LEOCRITUS Atheniensis, cum Piræum oppidum cum suis primis oppugnasset, & simul expugnasset, clypeum suum solemnè ritu Jovi liberatori dedicavit, cum inscriptione nominis, & praclaris facinoris. Pausan. lib. 1.

Phocas Imp. Tarso, & Mopuestia urbibus Agarenorum

captis, Constantianopolim reversus portas earum secum duxit, Deoque quasi suae expeditionis primicias tribuens, in S. E. Sophiae templo dedicavit. Plura exempla. Vide in loco de Spoliis, Tit. Spolia honorifica.

ERGA ILLOS, QUI VICERANT. MITHRIDATES victus à Cn. Pomp. non tantum seipsum, & filios, sed totum etiam regnum victori sua sponte obtulit, praefatus, neminem alium, neque Romanum, neque ullius gentis virum futurum fuisse, cujus se societati committitur foret, quam Cn. Pompejum. Proinde omnem sibi adversam, vel secundam, cujus auctor ille esset, fortunam tolerabilem futuram. Non enim esse turpe ab eo vinci, quem vincere esset nefas, neque ei inhonestè aliquem submitti, quem fortuna super omnes extulisset. Vellejus Patere. & Cusp. in Consulib.

Vide infra, Victoria à Deo, cui pro ea gratia agenda. Loco proximo.

Victoria.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

VICTORIA, Graecè νικη, vel νικησ, & νικησιν victor, & F. νικησ, id est, Continuat acriter, urit indefinenter usque ad finem operis. Perseverantia enim in bello necessaria est. Venit victoria à vinco, quod est supero, quasi vin facio; vel animi compos.

Est autem varia victorie usurpatio, prout multa dantur, per quae, & in quibus vel vincitur, vel vicimus. Alia enim est bellica: alia Roboris, formae: Alia, eaque praestantissima, suipfius. Est & alia victoria, quam Apostolus scribit mundum vincere, nempe Fides nostra. De cujus admiranda virtute multa diximus loco illius particulae. Reliquas verò in praesenti persequemur.

VICTORIA BELLICA.

Ac quidem imprimis.

MONOMACHIA.

Ex loco de Duello peraque huc referri oportet poterunt.

Gallus quidam miles ex Albana arce procurans, magnitudini, & robori corporis confusus, ex Romanis unum ad singulare certamen provocabat. M. Val. Tribunus militum, adulescens, imperata à consule venia, cum Gallo congrederetur, ibi corvus in Valerii galeam insidet, & alleans ferostris, alis adversum hostem non prius infestare desistit, quam Gallus tali prodigio terretus, oculisque simul, & mente turbatus, ferro sit prostratus à Valerio. Mansit hinc Valerio, & postea ab eo eventu illius victorie, Corvini cognomen. Sab. lib. 3. En. 4. ex Gellii lib. 9. cap. 11.

M. SERVILIUS vir eol. vicies, & ter amplius pugnavit ex provocatione, ac semper victor in castra reversus est hostilibus, spoliis onustus. Sab. lib. 4. cap. 6. ex Plut. in Paulo.

Jo. PETRUS Surra Bergomenis, decies septies ex provocatione victor evasit. Jovius lib. 12. Hist.

VICTORIA BELLICA. POLYMACHIA.

RESPECTU.

QUANTITATIS Personarum. Sic vincunt. Pares numero.

Liparæ ajunt, olim oraculo iustos cum Tyrrenis paucissimarum navium classe conflixerit, tirmes contra eos quinque deduxisse. Illos cum se Liparæ haudquam inferiores navalibus rebus fore considerent, pari navium numero congressibus. Sed eum quinque eorum tirmes Liparæ cepissent, mox totidem iterum, ac tertio, & postremum quarto eduxisse: omnes vero cas classes à Liparæ captas. In hujus rei memoriam Apollinis signa pari numero superatis à se jam toties navibus dicantur Delphis. Paul. in Phociciis.

DEMETRIUS Antigoni F. CLXXX. navibus Ptolemæi ducentas naves ad Cyprum vicit. Ptolemæus citato cursu cum solis octo navibus profugit. Neque enim plures ex omnibus evasere. Ceteræ partim in praelio depressæ, LXX. cum propugnatoribus, & lociis navalibus captæ. Plut. in Demetria.

Multi

Multi paucos.

Consule Tit. Strages magna.

XERXIS Perarum regis exercitum Leonidam Spartanorum regem cum eo. focis ad interfectionem cecidit Herod.

Pauci multos.

Cum totus Oriens Assyrio pareret imperio, essentque ejus gentis opes omnibus formidolose, Abraham Chananeæ terra incolæ, cum parva hominum manu, quam ex propria familia legerat, secutus Assyriorum copias, quæ Sodoma urbis regæ acie victo, & prostigato, grandem ex ea terra prædam, captivorumque numerum integem ob tributum sibi denegatum abduxerant, circa alterum Jordanis fontem ex improvviso adortus, magna ex parte cecidit, sed quæ disiecit, captivis cum præda receptis, & in his Loth, viro iustis. fratris sui filio. Sab. lib. 4. cap. 6. ex Genes. 14.

GEORON Israelitarum judex, cum ceteri Judæi virtutem, atque animum amississent, Atabum, atque Amalechitarum exercitus magnitudine conterenti (impetu enim facto gentes illæ Judæam omnem vastabant) ex omni Judæorum numero solos trecentos delegit: atque eo tantum comitatu, nocte B. hostes Madianitas in ipsis castris invasit: conjactaque omnium multitudinem in fugam, ex ipsis cxxx. millia cum quatuor regibus occidit, à reliquis Judæis in caede fugientibus adjutus. Jud. um 8.

JONATHAS filius Saul, uno duntaxat comite adjutus, vetus Diomedis, & Ulyssis exemplum retulit. Hostium castra noctu ingressus, passim cum caede pervagatus, tantum pavoris iniecit Philistæis, quorum erant castra, ut cum omnia ab hoste teneri crederentur, facta sit fuga. Accurrit eò Saulus cum robore copiarum, ubi hostem sua sponte turbatum sensit, Philistæosque passim dispersatos immaniter trucidat difficile dictu, majorum virtute, an fortuna uno hominum, aut alteri invictus alioque cesserit exercitibus. Sab. lib. 6. cap. 7. ex 1. Reg. 1.

Davidicorum quatuor millia, viginti millia Abalomiorum cum ipso rege occiderunt. 2. Reg. 18.

ASA rex Judæorum, Zaram Æthiopum cum decies centenis millibus militum, & trecentis quadrigis superavit. 2. Paralipomenon 14.

JUDAS Machabæus cum tribus millibus suorum, qui armis parum instructi erant, numerosissimum exercitum profligavit Antiochi Epiphaniis, duce Deo fixus. 1. Mach. 3.

Idem mille comitibus, Nicanorem Demetrii Soteris ducem cum novem millibus ad interfectionem cecidit. 1. Mach. 7.

JONATHAS Judæorum dux, & Pontifex, à Demetrio Nicanoris exercitu in Galilæa ex insidiis interceptus, à suis omnibus derelictus fuit. Soli duces, Mathias Abalomus, & Judas Chapsai cum quinquaginta virorum sortium mana permanserunt: qui à desperatione sumpta audacia, tanto impetu adversam hostium frontem impulerunt, ut terribi ceu furentibus cederent. Tum verò illi, qui Jonatham desisterant, videntes stuantem, & inclinatum hostium aciem, reversi in praelium, jam in apertam fugam versos proquebantur, donec ad Cedafa ventum est ubi intra castra compulsi sunt. Jonatas autem egregia victoria potitus, recepit se Hierosolyma. Joseph lib. 13. cap. 8. ex 1. Mach. 11.

CYRUS, cum adversus Artaxerxem pugnaret, quatuordecim Græcorum millibus centum barbarorum millia superavit. Frontinus lib. 4. cap. 2.

Ad Marathonem Athenienses, duce Militiade, quamvis numero longè inferiores essent, tanta alacritate contra hostem pergebant, ut primi omnium Græcorum, cursu in hostem sine ulla primi sustinerent ceteræ Medica veste indutos, cum antehac, vel nomen Medorum audire, Græcis terror fuisset. Mirabantur Barbari, & stultos judicabant, quod cum pauci essent, & neque equitatu, neque sagittis uterentur, currentes in hostem, tanquam ad certum exitum. Pugnantur igitur contra XLVI. nationes, contra sexcenta hominum millia, quibus Datis, & Artaphernes Darii regis auspiciis præerant, ut Trogus scribit: decem millia Athenienses duce Militiade, Platænes auxiliares mille: fuitque sic quoque pugna aliquandiu anceps, hinc virtute, inde numero superante, vicenturque Barbari media acie, ut Herodotus meminit, qua Persæ, & Sacæ tam peremptores, in mediterranea solum hostem egerit. Contra utroque cornu Athenienses Platænesque prospere dimicantur, Medique utrinque pulsus, cornua contraxerunt. Tum omnis impetus in Persas, Sacesque, qui mediam aciem averrant, conversus est. Hi Græcis utrinque urgentibus, cum multa caede sunt ad naves compulsi. cc. millia Barbarorum eo praelio cæsa Trogus scribit,

cum Herodotus sex millia, & cc. occubuisse memoret, ex Atheniensibus duos, & nonaginta supra centum, nec amplius. E. Sab. lib. 1. En. 3. ex Herod. lib. 9. & Justin.

Græcorum XI. myriades, h. e. centum decem millia, cum xxx. myriadibus Persarum (præter auxiliares Græcos, quorum non erat numerus) ad Platæas contra Mardonium Xerxis duces feliciter pugnantur. Herod. lib. 9.

BRENNUS Gallorum peditum cl. millia, equitum xx. millia, & ccc. contra Græcos duxit. Græci delectu habito 23. 190. peditum, equitum 111. millium ad Thermopylarum angustias hostem superant magna strage, xl. tantum suorum amisit. Eisdem ad Callium in Ætolia, præda onustus persequenti, ad xx. millia cecidere. Delphico autem templo spoliato, Brennus ipse cum suis ad interfectionem caesus. Reliqui duce Acichorio in Asiam transfugerunt. Anno altero Olym. 125. Paus. in Phociciis.

ERAMINONDAS Thebanorum dux, quatuor hominum millibus, ex quibus cccc. tantum equites erant, Lacedæmoniorum exercitum viginti quatuor millium peditum, equitum vero mille sexcentorum, vicit. Front. lib. 1. cap. 2.

Vetusta est, sed memoranda pugna, quæ ad Sagram fluvium F. in Calabria commissa est. Abiit res in proberium, ut verius esse diceretur, cum quid verè assereretur, re ad Sagram olim gesta, & ab his qui in ea pugna ubi dena Loerentium millia cum modica Rheginorum manu, centum triginta millia Crotoniatum una acie profligantur. Nec minori miraculo fuit, quo eodem die, quo est ita insigniter in Italia dimicatum, fama rei gestæ Olympici conventus aures percudit. Sab. lib. 6. cap. 7. Justin. lib. 20. de numero occisorum à Strabone lib. 6. dissentit Eustachius in Buoniæ Homeri, M. Tullius de Nat. deor. lib. 2. Erasmus in Aegæis.

TIMOLEON Corinthius, captis Syracusis, cum Carthagenfes duce Annibale, & Amilcare, LXX. m. contra cum ducerent, eos quinque millibus peditum, & mille equibus ad Crinmasum amnem vicit. Perhibentur ex decem millibus, qui ceciderunt, tria millia fuisse Carthagenfium, magno illius civitatis luctu, neque enim ullis erant nobilitate, vel divitiis, vel claritate secundi, neque tot unquam praelio antea cecidisse ex ipsis memorant Carthagenfibus, vertim Afriis, ferè Hispanique, & Numidis, quidam certamina urebantur, alieno vincebantur detrimento. Casorum prehenderunt Græci ex manubias dignitate, nihil enim as, vel ferrum, qui spoliabant cadavera, morabantur, tanta affluencia argenti, tanti auri erat. Etenim superato flumine castra cum impedimentis ceperunt. Captivorum ingens numerus fuit à millibus interventus, quinque millia producta, capti etiam ducenti currus. Plutarchus in Timolonte.

Syracusi novem trimebus invadentes centum, & viginti trimebus Carthagenfium, longè superiores extiterunt. Ælianus lib. 4. de Var. bist.

AGESILAUS Archidami F. Lacedæmoniorum rex, cum Tissapherne, præfecto oræ maritimæ regis Perfarum Artaxerxis congressus, in Hæmis campis, ubi sunt fines Joniæ, equestris ejus, & pedestres copias, quantas neque Xerxes in Græciam, neque Darius in Scythias, atque Athenienses, nec alius omnino quisquam in hostem eduxerat, parva manu fudit, & superavit. Pausan. in Lacæ.

Q. LUCIATVS CATVLVS, primo bello Punico ccc. navibus adversus Pænos profectus, sexcentas eorum naves comitibus impeditas, duce Hamilcone apud Egades insulas inter Siciliam, & Africam depressit. Volat. 1. 14. c. 2.

M. MARCELLVS Cos. ad Clatidium de Gallis singularem H. victoriam, modoque novam, ac stupendam retulit. Neque enim equitatum, & peditatum tam pauci, tam numerofum, quo quidem proditum memorie sit, unquam vel ante, vel post, fuderunt. Plut. in Marcello.

FABIVS ÆMILIANVS triginta millibus militum ad Rhodanum plus quam cc. Gallorum millia, ingenti strage delevit. Alex. lib. 6. cap. 25.

In Italia Cispadana Cimbris occurrere Romani Coss. C. Marius xxxiij. habebat. Luciatius Catulus xxxmccc. Pugna commissa, 3. Kal. Aug. hostium cxxxm. trucidantur, LXX. ceperunt is exceptis, qui vel suis, vel mulierum manibus perierunt. Plut. in Mario.

P. PETRONIVS, Ægypti præfectus, ab Augusto missus, Cornelio Gallo succellit, & adversus Æthiopes bellum gessit. Æthiopes enim, Syenes præsidio expugnato, Cæsaris hæcuss everterant, & captivos duxerant. Petronius autem cum parrioribus, quam xm. m. peditum, & equitibus dccc. adversus xxx. hominum millia profectus, in Pleleam Æthiopicam urbem

eos

eos fugere coegit, & mox oppidum in potestate redegit. *Volat. lib. 18. ex Strab. lib. 17.*

**A** DOMITIUS CORBULO duabus legionibus, & paucissimis auxiliis Parthos bellicosissimos, qui instructissimo exercitu se illi opposuerant, sustinuit. *Front. lib. 4. cap. 2.*

**L.** LUCULLUS, peditum xxx. m. equitum duobus millibus quingentis Mithridatem regem potentissimum cum cxx. peditum equitum xviii. curribus falcatis centum vicit. Ad Rhyndacum amnem equitatum, ad Granicum fluvium peditatum concidit, ad trecenta millia: in Hellesponto classem, sic ut in Pontum fugere cogere. *Plut. in Lucullo.*

Idem in Armenia cum decem millibus peditum, & equitatu, cum funditoribus, & sagittariis ad mille, ad Tigranocerta urbem, Tigrani regi Armeniorum occurrit, qui sagittariorum funditorum habebat xxx. m. equitum lv. ex quibus cataphracti erant xvii. m. pedites gravis armaturæ cilm. viarum munitores, & qui pontes pararent, materia- rios, & ad ministeria destinatos xxxv. m. Romanorum peditum Tigranes irrisit, si ut legati venissent, multos esse: sin ut milites, paucos, dicitans. Verum in tanta

**B** colluvie cataphracti Romanorum impetum ne expectarunt quidem, sed fuga effusa peditum ordines interruperunt. Insecuti Romani absque labore victoria petiti sunt. Pedites occidisse supra c. m. perhibetur, equitum pauci plane effugisse. Ex Romano exercitu centum vulnerati, quinque desiderati. Hujus pugnae Antiochus philolephus in commentario de Diis mentionem faciens, negat, à Sole visam paratem. Strabo alius philolephus in libris historiarum ipsos Romanos commemorat puduisse, & semetipsos derisisse, quod in ejusmodi principia induissent arma. Livius, ait, nunquam Romanos signa cum hostibus contulisse tanto numero inferiores. Neque enim vigesimam propemodum partem, immò nec minorem aequarunt victores victorum. *Plut. in Lucullo.*

**CÆSAR** Cn. Pompejum supra xlm. militum habentem, in acie Pharfalica collatis signis, cum xxiiii. ingenti strage superavit. *Plut. in Pompejo.*

**MASELCEBUS**, alius Mafcezel, Africa comes, adversus fratrem Gildonem, qui ab Honorio, & Theodosio Imperatoribus defecerat, pugnans quinque pugnatorum millibus plus quam octoginta millia vicit, ac delevit. *Cuspinianus.*

Burgundionum gens, incurfionibus Hunnorum crebris afflicta, & vastata, cum religionem Christianorum, & baptismum complexa esset, egressi adversus Hunnos in pugnam pauci numero, ter scilicet mille, victores barbarorum millibus evaserunt. *Socrates lib. 7. cap. 20.*

Bellò facto, captis Hierosolymis, & rege illic creato Godofredo Bulonio, ad Acalonem, Christianorum Latinarum xv. peditum, equitum quinque millia de cccc. millibus peditum c. millibus equitum Babylonii regis victoriam retulerunt. *Marian. Scot. in epistola ad Pasch. Pontificem.*

**BALDUINUS** IV. Hierosolymarum rex, anno Salutis 1177. die 25. Novembris, Saladinum Ægyptium, qui Arethufam obsidebat, & equitum circiter xxvi. millia ducebat, parvo exercitu (nam vix 370. equites, pedites paucos habebat) superavit, neque continuis imbribus hostis impeditus, suos ex fuga colligere valuit: sane quinciam, & frigore, maxima hostium multitudo absumpta est. Non multò post Saladinus

**D** terram Sanctam cum exercitu viginti millium repetit. Balduinus in extremis rerum angustiis constitutus ( Tripolitanus enim Comes, ex quo omnis belli salus pendere videbatur, acuta decumbebat febris) eum cum septingentis equitibus ad Frobolet vicum cecidit, cum gladio, & calore Solis intensissimo maxima eorum pars occidisset. *Tyrus.*

**EDUARDUS** I. Anglorum rex, Scotiam subegerat, Scoti Joannem Cumenium regni gubernatorem constituerunt. Is adjuncto sibi Simone Frase, octo millium exercitum collegit, pro libertate recuperanda devotus. Desperatis hominibus Rodulfum Confensem Eduardus rex cum xxx. m. obiicit. Rodulfus, veluti ad prædam profectus, copias in tres partes dividit. Scoti primam aciem egregie vicerunt. In subsidium venientem alteram consecere. Cum jam tertia adesset, majore animi, quam corporis robore nitentes, constantia sua in fugam vertere: victoria memorabili, tres hostium victorum acies, viribus longè majores, aperto Marte occurrentes, à victis, & subactis casas esse. *H. Boeth. lib. 14.*

Anno Salutis 1356. ix. Kal. Octobris, in Pictones Eduar-

duus Walensis princeps, Eduardi III. Britannorum regis filius non majore, quam octo millium numero penetraret. Adversus eum Joannes Gallorum rex supra sexaginta hominum millia cum potiore Gallorum principum parte trahebat, Eduardus, qui biduum sensim cedendo, jam abire longius se non posse, quin prælio decertaret, videbat, quia longè impar viribus erat, obtulit, capta se eo bello restitutum, atque inducias Gallis in septennium confirmatum. At Galli oblata spreverunt, atque in ipsa munimenta impetum fecerunt. Erant autem castra sæpè densa, ductaque extrinsecus fossa, munita. Illic cum diu præliatum esset, atque in eo Eduardi milites magnum Gallorum numerum sagittis eminus confixissent, conspicit eos jam lapsos, rarisque in acie ordines servare: magno impetu in eos cum bipennibus eruperunt. Captus in eo prælio Joannes rex fuit à Picardo exule, nomine Dionysio Morbequo: captus quoque Philippus ejus filius, & principes permulti. *Fulg. lib. 6. cap. 11.*

**ROBERTUS** BRUSIUS, Scotorum rex, Eduardum II. Anglorum regem, qui peditum cl. totidemque equitum millia ex Angliis, Belgis, & Celtis, & Aquitanis habebat, ad Bannaborn fluvium triginta millibus suorum prostravit, & regnum confirmavit. *H. Boeth. lib. 14.*

**CHRISTOPHORUS** Danorum rex, magno exercitu confectus in Valdemarum Slesvici duces movens, arcem Gortorpæ, quæ clavis est in Holsatia, constituerat expugnare. Gerardus Magnus Holsatiz dux, Valdemari avunculus, per Westphaliam usque ad Rhenum arma contraxit auxiliaria. Convenerunt omnes in Reyndesborg, & primum educerentur, sumptus non mediocres in oppido fecere advenæ. Jam educendi erant, nec tamen egressi fidebant, nisi are perfoluto, Comes fere rerum ignarus, seu pecunia destitutus, egreditur: ipsi cum Bucardo de Itzehude duce suo in oppido remanent. Equites erant cum comite quadringenti, adversus duplo majorem numerum. Initum certamen magnis animis. Peracta multorum strage rex fugam inivit. Et quia Slesvicium declinare non poterat, quòd hostes media tenerent, Ciloneum versus iter instituit ad Joan. Comitem fratrem uterinum, Gerardum inimicum: interim Bucardus audiens esse congressus, fere eventum nesciens, permittentibus civibus, cum aliquot speculandi causa egressus est. In loco Sestede, nocte equites Danos deprehendens, omnes cepit, in quibus rex erat Christophorus. Cum captivus Gortorpam properè contendens, portas pulsavit impunitus. Prior Comes de strato quamvis vulneratus exiit, & Quivis, ait, pulsata fores? Agnosces miles vocem Comitis proclamata: Graviter vulneratus, & captus adsum. Cui Comes, agnita voce militis, Multos tibi captivos celeriter redimeris. Tum miles. Majoris rei teneo nuncios advenæ: ecce adduco regem Danorum. Joannes Comes captivus omnes, datus in possessionem Gerardo Fionia, & aliquot arcibus, captivitate laxavit. *Cranz. lib. 9. Sax. cap. 11.*

**BRACHIUS** senior Perusinus, militaris dux, in Piceno apud Contratam arcem, adversus Bonifacium Pontificem, præsidio centum tantum equitum profectus, ut situm molendini inspiceret, quod manu munire decreverat: hostium septingentos equites, duce Angelo Pergulano, venientes à longè intuitus, ne metu retrocessisse videretur, cum eis decertare decrevit. Cum autem extractum in noctem ipsam certamen tenebris diemptum esset, non modò integras ex prælio copias ipsas, quas habebat Brachius, recepit: verumtamen ita hostes perterruit, ut militum ipsorum, populorumque, qui in hostili parte erant, magna pars ditionem fecerit: adeoque atrox prælium fuit, ut Spinta Brachianus miles centum, ac quinquaginta, item Mecha, septuaginta vulnera accepissent. *Fulgos. lib. 3. cap. 2.*

Cum Aloysius Georgius navi Venetæ, quæ quotannis homines religionis voto Hierosolymas contendentes, devehere solet, præfectus, in Turcarum regis classem, Arige præfecto, incidisset (quæ navium duarum onerariarum erat) triremium, item duarum biremium quinque (nec nonitis à biremium duabus Turcicis, ut pro more nautico, velificationem, intermitteret, antennæque demitteret) quandoquidem Turca post, & viribus, & auctoritate pollerent (à cursu deflister) existimabat enim piratarum illam esse classem. Turca ab utroque illum latere suis triremium cinxerunt, & sagittarum vaginam vili in eum miserunt, navibusque suis omnibus illum expugnare contenderunt. Sed tanta remigum, & nautarum, atque in primis advenarum virtus fuit, ut cum ab hora diei 6. usque ad 14. pugnavissent, Turca recepti cæcitate, & signo pacificationis sublato, priores pugnam desinere: Arigeque missus ad Aloysium ex suis, qui salutem illi dicerent, pacem

pacem, benevolentiamque cum illo inivit. *Bemb. lib. 4. bist. A. Venet.*

**JOANNES** CORVINUS Hunnides quindecim hominum millibus instructus cum Turcis in campo, quem Vascapum dicunt, congressus, exercitum eorum, quem octoginta millium fuisse hi, qui prælio interfuerunt, Ungari dixerunt, prostravit, fugam dedit: ut vix media pars evaserit, Danubiumque fugiendo trajecerit. Plerique tamen eorum, qui diversi in fugam effusi, per nemora, per saltus, & agros divagabantur, aut inedia, aut Valachorum manibus confecti sunt. Signa ciciter ducenta capta, hominum verò quinque millia. Non multò post pari felicitate ad Motavam fluvium cum Turcis confixit: ubi strages longè major patrata est, quam aut Corvini numerus, aut humana fides patere: quando à decem millibus equitum, triginta Turcarum millia una nocte cæsa, capta quatuor, & novem militaria signa hostibus crepta. E Corvini autem non multo pro cladis magnitudine desiderati: vix quingentos optetivice memorant, liquidem pauci infestum hostem invenerunt. *Bonfin. lib. 5. Dec. 3.*

QUALITATIS Personarum. VINCUNT

Famina Viros.

¶ Vide Tit. Mulieres fortes.

**VICTORIA**, quam dedit Dominus Israelitis permanum Judith, illustris est. Ipsa dixit, occiso Holoferne: Dominus omnipotens necavit eum, & tradidit in manum feminae, & confudit eum. *Judith 16.*

Angli anno Sal. 1429. arcta obsidione Aurelianum premebant. Ad Carolum VII. Gallorum regem viribus fractum puella quædam nomine Joanna (Jane la Puclle) viginti circiter annos nata, venit, ob servatam virginitatem Puella dicta, & Carolus illa salutavit: Bono rex animo fuit, me duce, patriam in libertatem pristinam vindicabis. Carolus facile dictis credidit, aliquid divinitatis illi inesse ex eo conjectans, quòd fere prius non visum, & verò privato habitu, nec posse agnosci, in turba mixtum agnovissit. Petit subinde gladium, quem divinitus, uti aiebat, in templo divæ Catharine apud Turones inter antiqua donaria pendere receiverat. Carolus gladium inquiri, ac inventum proximo Puella asserit jussit: eique exercitum cum parte committens attribuit, ut obstesio sublevatum iret. Puella noctis silentio, inter tela hostium in urbem intravit, eibariaque intulit, sine ullo suorum incommodo. Angli proinde Aurelianensem obsidionem relinquere coacti, multis adversis præliis ejusdem ductu prostrati fuerunt. Tandem in oppugnatione Compendii vulnere debilitata, & in fossam præcepis delata, à Joanne Luemburgensi capta, Rothomagum missa est, & in venefici crimine vocata, à duce Somerfetsen examinata, an benè sentiret de religione Christiana: quia viri usa erat vestitus, & pro venefica habebatur, damnata fuit. Illa ut hostes misericordiam frangeret, prægnantem esse se simulavit. In novem menses servata ad partum, ut res vana apparuit, crudeliter exusta est. Franci illam etiam nunc ad pellendum patriam hostem ex caelo demissam ferunt: quippe quam virginem interitè prædicant. Post puellam mortem Angli nihil prosperè amplius cecit. *Polyb. lib. 23.*

Cum Albertus rex Megapolensis rex Sveciæ creatus, annis circiter sex, & viginti egisset in regno, & multa fortiter, prudentere constituit: obicit ei fortuna Margaritam, Danie regis Valdemari unicam filiam, quæ post patrem regno potita est: & defuncto post aliquot annos Aquino Norvegiæ rege, marito post etiam Olavo filio in primis adolescentia: anis in fata concedente, duobus præstit regnum. Illa bello orto Albertum cum Erico F. in acie cepit, & regnum Sveciæ etiam occupavit. *Cranz. lib. 5. Sveciæ, cap. 32.*

Vidi ipsos viros.

**Ex loco Stratagematum exempla, quædam huc transferri possunt: ex Vitulis, Motum sui eximere. Animare suos, in insidias conicere hostes: Bem Titul. Viros in insolentum, huc pertinent, quatenus viros insolentia sua eorum, qui vincuntur, robur desperatione armant.**

Israelitæ victi à Palæstinis, sub Heli Pontifice arcem federe Sthute arcefferunt, quæ ipsos ab hostium defenderet injuria. At longè majori strage victi sunt, caelis eorum 34. millibus, captarum Ophni, & Phinices Heli filius interfecit; Heli

nuncio audito, è sella delapsus cervicem fregit, nurusillus, uxor Phinices, in partu interit, i. Reg. 4.

**POLYNICEM** à fratre Ereocle Thebis pulsum, Adrastus Argivorum rex in generum cooptavit, & cum exercitu reducere tentavit. Verum cum Argivi oppugnandum urbium imperiti essent, à Thebanis ad intercessionem cæli, unico Adraho excepto. At non multò post Epigoti, Therandro Polynicis filio duce, hoc est, posteri illorum, quid ad Thebas occiderant, Thebas aggressi, Laodamantem Ereoclis filium eiecerunt, & Therandrum regem fecerunt. Hinc protervium ortum, Cadmea victoria, si qua victores pernicies opprimat. Nam Cadmea arx dicebatur Thebanorum, à Cadmo condita. *Pausanias in Bœot.*

**AMAZONES**, Græcos omnes, à quibus superatæ erant, somno oppressos in mari interfecerunt, & se in libertatem vindicarunt. *Herod. lib. 14.*

**CYRUS** Persarum rex, cum Massagetæ ingenti clade afflisset, cæso etiam unico regis filio, Tomyrs regina dissimulans ægitudinem animi, parva manu hostium ingentes copias fudit, & ducenta millia Persarum una acie crucidavit, tanta cæde, ut ne nuncius quidem luctuose cladis superfuisset. *Juvenalis lib. 1. & Herod. lib. 1.*

**LACEDÆMONII** Thebanos fugerant. Sed post Thebani duce Epaminonda non solum in Peloponnesum pervenerunt, verum etiam Eurotam transierunt: Spartam etiam ipsam, quæ per aliquot sæcula hostilem vulturn non viderat, occupassent, nisi veritus esset Epaminondas, ne universi Peloponnesii conspiratione facta, pro Sparta dimicerent. *Ælian. lib. 4. de Var. bist. & Polyb. lib. 2.*

**LEONIDAS** Spartanorum rex, cum ecc. foecis ad Thermopylas, Xerxis Persarum regis exercitum sustulit: ut quamvis omnes caeli fuerint, victores tamen eo ipso ceneri debeant, quòd Xerxes paulò majoribus copiis vincti potuisse ostenderunt. *Sab. lib. 6. & Volat. lib. 16. Anthrop.*

**CONON** dux Atheniensium, navali prælio victus à Lyfandro Lacedæmoniorum duce, eundem post terrestris prælio vicit, & Atheniensibus libertatem restituit. *Plut.*

**AGATHOCLES**, Carthagenisibus in Africa præter omnium opinionem devictis, eos intra muros conclusit. Fortuna autem, quæ alteris post cladem victoriam dare solet, victores æque, atque victos depressit. Nam in Sicilia Carthagenenses, magna acie superato Agathocle, Syracusas obsidebant. In Africa tanta pugna victor Agathocles, Carthagenenses obfisione premebat: & quod omnium maxime mireris, Imperator in insula, cum haberet integrum exercitum, barbaris inferior erat, idem in continente parte, exercitus ante victi viros superavit. *Diod. lib. 20.*

Secundo Punico bello Fortuna rem Romanam ad Ticinum percussit, ad Trebam fregit, prostravit ad Thrasymenum, ad Cannas afflixit, jacentem, & proculcatam ad Nolam fuscitavit, in Hispania erexit, ad Metaurum restituit, ad Zammam victricem declaravit. Accidit sanè, quod nullo unquam bello, ut propiores fuerint periculo Romani, qui demum vicerent. *Sab. lib. 7. cap. 8.*

**Q. MARTIUS** Septimi filius, eques Romanus, & impiger adolescens, sub Cn. Scipionis disciplina in Hispania, mortuus Scipionibus, Hannibale Italiam vexante, collectis militibus ex fuga, & quibusdam de præsidii deductis, habita concione, vice functus Imperatoris, fractas Romanorum vires, caesis, fugatisque Hispanorum exercitibus recuperavit. Ad xviii. millia uno prælio cæsa. *Liv. 1. 5. sec. bell. Pun.*

**FESTUS** Pompejus indicat Osculanam pugnam proverbio dici solitam, quoties vi vincerent. Idque inde natum, quòd Val. Levinus Imperator, prius à Pyrrho rege Epirotarum à Tarentinis in auxilium accersito victus, paulò post eundem regem devicerit. Citat Tacinium, qui hujus adagi fecerit mentionem. *Erast. Cal. lib. 3. cap. 35.*

**L. ÆMILIUS** PAULUS junior proconsul in Hispania primum cum Vacceranis, & Lusitanis adverso Marte pugnavit apud Lyconem oppidum, ubi sex millia de ejus exercitu ceciderunt. Anno deinde sequenti eosdem Lusitanos fudit, caesis 18. millibus, captis verò tribus millibus, ac trecentis. Ob quam rem supplicatio à senatu decreta. *Vol. lib. 13. cap. 3. Auth. ex Livio.*

Apollonie in Epiro, cum opposita haberet castra Cn. Pompejus, & G. Jul. Cæsar, ferebantur quotidie intra vallum Pompeii tumultuaria pugna, in quibus Cæsar omnibus superior extra unam fuit: in qua, cum foedè fugerent sui, castra penè amisit. Nam cum eos esset Pompejus adortus, nemo locum tenuit: sed & fossæ, castrorum corporibus impleta sunt, atque ad

ad vallum suum, munitionesque effusè fugientes, eecidere. **A** Fugam occurrentes Cæsar cum sistere niteretur, nihil profecit. Cum ille signa corripere, abiecerant ea signiferi, ac tringinta duo in potestatem hostium venerunt. Cæsar ferè fuit oppressus. Cum enim militi vasto, & robusto fuga cum præventi manus iniiciens, manere, & convertere se imperaret in hostem: illerturbationis in discrimine plenus, gladio manum ad eum cædendum admovit: cuius occupavit humerum armiger Cæsar abscindere. Adeo autem res deploratæ Cæsaris erant: ut cum Pompejus, sine suspitione aliqua, sine fortuna non esset, actum tam eximium profecutus, sed compulsus intra vallum iis, qui fugiebant, receptui cecidisset, diceret discendens Cæsar ad amicos: Hodie penes hostes victoria erat, si veherent vincentem. Ergo mutato consilio, instituit in Macedonia contra Scipionem ducere, ut Pompejum quam longissimè à mari traheret, ne à classe subsidium habere posset. Sic tandem in campis Pharsalicis victor, bello finem imposuit. *Plutarchus in Cæsare.*

Contra Narsei Perfarum regis immensum exercitum juvenili ardore progressus Galerius, à Diocletiano adoptatus, **B** haud longè à Carris victus, omnem penè amisit exercitum. Atque hinc per Syriam ad Diocletianum venit. A quo castigatus acerrimè, hac contumelia quasi cote usus est ad virtutem. Nam resecto supplemento ex lectissimis militibus Dacia, Illyria, ac Mœtia, contra Persas felicior auspicio profecutus, ut ignominiam aboleret, omnia prius diligentius exploravit, quam manus aboleret. Itaque in maiore Armenia castra noctu hostilia ex improvviso xx. millibus equitum adortus, Perfarum multitudinem felici victoria stravit, dedecus abolevit, fines Romani imperii longius produxit. Totam enim Assyriam, expugnata Ctesiphonte, cepit, & quinque provincias Transyngitanas, quæ statim redeunte ad urbem Trajano descecerant, imperio adunxit. Fugatus, vulneratque Narseus, ad invios Parthorum montes recessit. Regis proles, uxores, & forores capta sunt, Perfarum nobilitas abducta, reguli, & duces triumpho reservati. Idem est factus, ut Persæ ab Armeniis, Mesopotamia, Assyria, novisque provinciis abstererent. *Cuspiantius.*

**C** CONSTANTHUS CAROLUS, quem Maximianus adoptaverat, Gallis præfectus, apud Lingones, uno die utramque fortunam expertus est. Cum enim Alemanni magno irrumperet impetu, Constantium in fugam verterunt. Is portis metu hostili oclusis, demisso fune per muros in urbem receptus, milites simul, & cives adhortatus, ut fugæ ignominiam virtute delerent, eruptione facta propè sexaginta millia hostium cecidit. Ea victoria liberatæ Gallia, attrita Germaniæ vires suas amiserunt. *Cusp. Fulg. lib. 5. cap. 11.*

Tres præfecti Saracenorum, Isnalach, Devizes, & Alter, à rege suo deficientes, cum suis viribus diffiderent, ad Carolum Magnum venientes Paderbrunnam, auxilium ab eo petierunt, muneraque, & Vasconiam, atque citeriorem Hispaniam ei obtulerunt. Ille conscripso exercitu transtulit montes Pyrenæos, & Pompilonem Navarrorum oppidum cepit. Cæsar angustam destruxit, duos Saracenorum regulos subegit. In reditu, in Pyrenæi jugis Saracenorum insidiis circumventus fuit Caroli exercitus, multi præstantes duces perierunt, & inter eos Rolandus Caroli ex forore nepos, Britannici limitis præfectus, Anselmus Palatii Comes, anno Domini 778. *Regino, Sigebertus, Annales Francorum, Avent. Sab. Ann. 8. Guag. lib. 4. de reb. gest. Franc. Anton. in Chron. Blondus Dec. 2. lib. 1. Aimo. de gestis Franc. lib. 4. cap. 71. 72.*

**D** Parma civitas in schismate illo gravissimo inter Fridericum II. Imp. & Innocentium IV. Papa ab Imperatore biennio integro obfessa, Tandem facta eruptione, obfessi exercitum hostium securum sudere, castra sub Victoriz urbis nomine ceperunt. *Cranz. lib. 8. Sax. c. 14.*

Ad Murthlacum Marce vicum Malcolmus Scotorum rex Eneum Suenonis regis Danicæ, & Angliæ ducem victorem, ipse victus adortus equo dejectum interfecit. *H. Boer. lib. 11.*

ALEXANDER dux Lituanorum, pridem dictus Vitoldus, propagandæ religionis causa Christianus factus, in Tartaros equitum, peditumque supra centum millia eduxit. Prima, & altera pugna trecenta millia Tartarorum cæsa. Tertia tandem fusus exercitus Alexandri, cæsi que ad internecionem penè omnes: vix cum septem comitibus evasit. *Cranz. lib. 9. Vandal. cap. 39.*

Ludovicus Flandriæ Comes Gandavensem urbem, ob tributorum immanitatem rebellantem, fame premebat; Gandavenses veniam erroris sui petebant. Ludovicus superbe

respondit: Se id nunquam facturum; nisi pedibus nudis, aperto capite, recte collum nexi, sibi occurrerent. Hoc reserponso commoti cives, cum quinque millium numerum non excederent, magnam tormentorum vim in curribus, & simul quatuor dierum cibaria secum deferentes, prius Christiana confessione lustrati, adversus Comitem, & Brugas profecti sunt. In eos, munitis jam castris, Comes cum triginta hominum millibus impetum fecit. Ipsi omnibus tormentis uno tempore in Comitis exercitum convertis, & una omnes castris egressi, omnes ejus copias disjecerunt, & fugientes insecuti, Brugas ceperunt. Comes cum se in fumarii lecto abdidisset, nocte ad Insulam urbem evasit. *Fulgos. lib. 5. c. 11. Emilius verò imperato adventu portis apertis occupatas ab iis Brugas assert.*

Viccomites Mediolanenses duce Squarcino Burro Gallos Turrianorum auxiliares, negligenter obeuntes custodias, noctu in oppido Carre præserant. Ibi cum victores ingenti potui præda captivos indulgeret cultuosis, corpora, & equos curarent, assui instructo agmine Napus Iurrianus, suaque celeritate & opem oppressis suis opportunè tulit, & felici casu de hoste victoriam est consecutus. *Jovius in Vita Otoboni.*

Bello Ligustico secundo Genuenses in Corcyrensi portu à Venetis obfessi, volvere naves omnes Venetis tradere, si incolomes inde viros abire permisissent. Quo negato, metu in desperationem verso, concensum fuit: Ligurique artem viribus addidit, quindecim tritibus in insidiis locatis. Quæ medio pugna ardore in Venetos coarctæ, haud dubiam suis fecerunt victoriam. *Sab. lib. 1. Dec. 2.*

Inermes vincunt armatos.

SAMSON unus cum gente Philistinorum internecionem bellum gessit: contra millia hostium solus, & inermis prosperè dimicavit. Idem hostili in urbe prehensus, ubi fuit noctem vix sensit adversus se parari, demolitus est portas urbis, evulsi que postibus, in jugum montis detulit, quod hostili urbi imminerebat: statuitque in conspectu attonite civitatis, ludibrium veritatis, quam trophæum. *Judic. 4. 15. & 16. cap.*

Sub Saul rege decem millia Israelitarum inermium vicerunt Palaestinarum 30. curruum, & equitum 60. millia *1. Reg. 14.*

JUDAS Machabæus cum tribus millibus virorum, qui tegumenta, & gladios non habebant, superavit Gorgiam cum magno exercitu. *1. Machab. 4.*

Harmatodii Thepiensis filius generosissimus, ac bellicosissimus auxilio veniens Atheniensibus, primum quidem strenuè contra hostes pugnavit: consumptis autem omnibus armis, nudis manibus adversus armatos dimicando, vita cum gloria finivit. *Ælian. lib. 6. de Var. lib.*

Dalacarli rustici Suenes miserima servitute, & præfectorum crudelitate pressi, ductu Engelberti cuiusdam liberti, licet inermes, Ericum Pomeranum regem expulerunt, & Engelbertum regni gubernatorem creaverunt. *Jo. Magnus lib. 22.*

C E D I S.

Abque sanguine utriusque partis.

Consule Tit. Hostes amicos facere, aut ad deditionem compellere, sub loco Stratagematum.

Apud Lacedæmonios, si dux fortiter dimicasset, & cruento Marte, magna que hostium clade vicisset, trophæi loco gallum diti immolabat. Qui verò deditione, & pacto, nec nimium cruenta victoria potius, belli mala vitasset, bovem sacrificabat. Ut significarent, magis decre Imperatorem (juxta Periclis sententiam) consilio, & casu, quam gladio, & multo sanguine fuso, victoria potiri. *Alex. lib. 1. cap. 22.*

Abque sanguine suorum.

Israelitarum xxi. millia, mille è singulis tribubus, contra Madianitas missi, duce Phinee Eleazari Pontificis filio, mares omnes ad internecionem cæciderunt, & inter eos quinque reges Madianitarum, nemine planè ex Israelitis deliderato. Præda maxima hominum simul, & pecorum abacta.

Mares impuberes una cum mulieribus veneris experibus, ut quæ Israelitas ad peccandum induxissent, Moyses interfecit jussit, Virginibus superstitis: eas tamen cum reliqua præda inter Israelitas divisit. *Num. 31.*

JUDAS Machabæus Galaaditidem, & Idumæam hostiliter pervagatus, oppida munitissima cepit, incendit, mares omnes interfecit, reliquos captivos cum præda ingenti abduxit. Inde Hierosolymam reverfus cum hymnis, & canticis, votivæ hostias pro exercitu incoluntate mastravit, quandoquidem post tot conflictus ne unum quidem ex suis desideravit. *1. Machab. 12. & Josephus lib. 12. cap. 12.*

MARDONIUS cum xxx. myriadibus in Græcia à Xerxe relictus, à Græcis ad Plataas cum exercitu cæsus est. Ferunt ex ccc. millibus cum Artabazo xl. millia fugam cepisse. Ex his, qui pro Græcia dimicaverunt, non plus m. ccc. desiderati, in quibus fuerunt Athenienses duo, & quinquaginta, omnes ex tribu Aiantide: quæ, ut Clidemus ait, pugnavit fortissimè (quamobrem nymphis Sphragitidibus Aiantidæ, victoriæ causa, sacra ex Apollinis oraculo scripta, sumptu publico faciabant) Lacedæmonii unum supra nonaginta **B** (Herod. habet xxxi.) Tegetæ sexdecim. Unde mirum est, cur solos hos Herodotus prælium inisse cum hostibus, nullum præterea Græcorum dicat: cum numerus castrorum, & monumenta victoriam testentur communiter obtenta. *Plat. in Arist. & Herod. lib. 9.*

Post cladem ad Leuctra acceptam, inter Lacedæmonios, & Arcadas contigit acie prælium. Arcadum supra decem millia cecidere, Lacedæmoniorum nullus. Prædixerant autem eis vaticinio sacerdotum Dodonæ, bellum hoc Lacedæmoniiis adversus Arcadas, sine sanguine, lacrymisque futurum esse. Ab hac pugna Arcades, timentes Lacedæmoniorum impressiones, considere in quodam opportuno loco Magalopolim magnam, contractis in eam vicis viginti Arcadum, qui Menalii, & Parrhasii dicebantur. *Diod. lib. 15.*

MILTIADES Atheniensium dux, Perfarum sexcenta millia ad internecionem ferè cæcidit in Marathonæ, centum nonaginta duobus tantum suorum desideratis. *Herod. lib. 6.*

Cum Darii ducibus ad Granicum fluvium Alexander Magnus signa contulit primò. De barbaris peditum viginti millia, equitum duo millia quingenti cecidisse dicuntur. **C** De Alexandri exercitu desiderati, ut Aristobolus auctor est, in totum quatuor, & triginta: inter quos pedites novem fuere. His status ex ære erexit, quas finxit Lyfippus. *Plutarch. in Alex.*

In confidit secundo Alexandri cum Dario in Ciliciam, cæsa, etæque ex Darienico die centum peditum millia. Curtius scribit, & decem equitum. Trogus peditum sexaginta millia cecidisse ait, & decem equitum, quadragintaque millia cæpta. Hi veriora mihi tradidisse videntur, quam Plutarchus, qui undecim millia tantum desiderata auctor est: sed in numero à libraris erratum credere æquum est Macedonum, quorum fides sit apud auctores ipsos, equites centum quinquaginta, pedites duodeciginta desiderati. *Sabell. lib. 4. Ann. 4.*

M. VALERIUS Sabinorum Romanum agrum incurfantium XIIIIM. cæcidit, nullo Romanorum deliderato. *Plin. lib. 36. cap. 15.*

M. MARCELLUS Prætor Hannibalem Nolam subeuntem facta eruptione subita fudit. Mirum est, quod eo die accidisse memorant: uno dumtaxat Romano cadente, ad duo millia **D** hostium, & ccc. occidit occisos. Ea victoria major Rom. visa, quam pro numero castrorum, quod ab hoste toties vinci desissent. *Sabell. lib. 3. Ann. 5.*

Romani, contra Antiochum Asiæ regem, interfecis quinque millia hostium millibus, ipsi viginti quatuor equites tantum, pedites verò ccc. amiserunt. *Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 25.*

Bello civili, L. Sylla collatis cum Mario juniore signis ad Signinum xxm. hostium cæcidit, viiim. cepit, viginti tribus tantum ex suis desideratis. *Plat. in Sylla.*

Idem Mithridatis duces Taxilem, & Archelaum ad Charonæam ingenti prælio fudit. Taxiles cm. peditum, xm. equitum, centus falcatos xc. duebat. Sylla equites md. pedites minus xvm. habebat. Decem millia Barbarorum Chalcedem effugere, reliqui cæsi. Sylla de exercitu suo refert quatuordecim desideratos, quorum etiam duos sub vesperam adfuisse. Unde trophæi Martem, Victoriam, & Venere inscripsit: quod non minus felicitate palmam eo prælio, quam concilio, & virtute tulisset. Ad Orchoenum

portò, cum Dorylaus cum lxxxm. Archelao se conjunxisset, magnam partem exercitus hostilis, ut ad certamen prægredientem signis collatis fudit, fugavitque Sylla: quorum trepidatione omnibus averfis castra expugnavit. Horum sanguine interfectorum paludes inundarunt, itagnum cadaveribus est oppletum. Itaque nostro quoque avo annis propè ducentis post eam pugnam multi Barbarici arcus, galeæ, loricarum ferreorum fragmenta, gladii, cæno reperiuntur immetra. *Plat. in Sylla.*

L. LUCULLUS Tigranocertam in Armenia xm. peditum, & mille equitum pridè Nonas Octobris fudit. Tigranis regis, quinque tantulæ suis desideratis: cm. hostium interfecit. *Plat. in Appob.*

CN. POMPEJUS, Mithridatis Asiæ regis quadringenta millibus cæsis, viginti ex suis desideravit. *Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 25.*

Bello Judaico Judæorum plurimi in saltum Jardes confugerant. Quos tandem Lucilius Bassus, equitibus circumdato saltu, ne quis effugere posset, & peditibus succis arboribus, ad unum interfecit ad mmm. Romanorum duodecim tantum desideratis, quantumvis Judæi strenuè repugnaverunt. *Josephus lib. 7. cap. 26. belli Jud.*

CAROLUS MARTELLUS Gallorum dux, Abidiramum Saracenorum regem ex Hispania Gallias vastantem, ad Burdegalam ingenti prælio vicit, cæsaque una acie ccc. octoginta Saracenorum millia: Platina habet 360. Aventinus 385. & quod majori admittitioni accessit, Francorum mille, nec amplius, ceciderunt eo prælio Platina, & Avent. lib. 3. habet 159. *Sab. lib. 6. cap. 5. & Sigeb. in Chron.*

Cum Galli Henricum V. Anglorum regem ad Dagincuriam inclusum ad prælium cogent: nihilque certius, quam victoriam sibi jam polliceri essent: Angli pauci collatis signis Gallorum ad decem millia cæciderunt, non paucioribus captis. Cum è suis vix centum (aliquingentos, alii sexcentos, ponunt) post prælium desiderasset. *Doyat lib. 22.*

SIMON Montis fortis Comes, Cruce signatorum dux adversus Albigeos hæreticos, in urbe Murello, ducentos, ac sexaginta equites, peditesque quingentos secum habens, à magno Aragonii regis exercitu una cum Comitibus sancti Julii, & Foiffen obfessus, eruptione facta, obfidentes in fugam compulsi, ac decem, & septem millia ex ccc. occidit, octo tantum suorum desideratis. *Fulg. lib. 5. cap. 2. & Egnat. lib. 3. cap. 2.*

Cruceiferi Teutones ab Uladislao Lothico Polonorum rege ad pagum Ploueev victi, xx. millia suorum amiserunt ex Polonis n. tantum desiderati, anno Christi 1332. *Cronmerus libro 11.*

JOANNES CORVINUS Voivoda Transylvania, expugnata urbe Nisa, Basse Budensi obviam præstitit, atque, ut in propinquo fuit, structis aciebus, certamen intulit. Mira res: ex Turcis duo millia cæsa dicuntur, capta quatuor millia. Ex Christianis solum decem cecidere, quibus pro Christi noxine certantibus benè putandum est obyvenisse. Signa militaria novem intercepta sunt, multa præda asportata, & spolia diestissima: reliqui, quos fuga morti eriperat, incolarum insultu perisse dicuntur, ad diem tertium Novembris. *Æneas Sylvius lib. 1. Epist. 44.*

FR. ALBUQUERCIUS, Lusitanæ classis præfectus, restituito rege Cochinchensem regem Calecutientem ad pacem coegerat, ut pro damnis illatis certum piperis pondus rependeret. Accidit interim, ut navigium piperis onustum, quod Calecutiensis regis erat, Granganorem versus navigaret. Jacobus Fernandes Albuquerque in iussu misit, qui navigium caperet, & Cochinchinum perduceret. Rex Calecuti classem rursus instruere, & delectum habere instituit, ut mari, atque terra bellum Trimumparæ Cochinchini regi, atque Lusitanis inferret. Trimumpara ab Albuquerque postulat præsidia. Albuquerque id se facturum pollicitus: unam tantum navem cum duabus caravelis, & aliud parvum navigium illi cum centum Lusitanis reliquit: ita ut centum, & quinquaginta tantum Lusitani ad tanti belli molem sustinendam eo in loco remanerent. His omnibus præfectus erat Odoardus Paicicus. Qui, desperante rege, tantum esse Christi optimi maximi numerum asseruit, ut nru cum vellet, omnes hostiles copias profligaret: se pro certo habere, auxilium divinum sibi minime desaturum. Milites omnes flagitiorum confessione expiari, & epulo celestis confirmari jussit. Hinc omnes se sacramento obligarunt, ne ullum in se dedecus admitterent, ne pedem ullo timore referrent, ne alli pro aliorum defensione mori recusarent, neve fe caperemitte.